centius Ferrerius, qui mirabili Spiritus ſancti dono, nempè linguarum diuerſitate fuit ornatus. *Alij interpretatio ſermonum*. En fidelis Ieſu Chriſti ſeruus, Iacobus Salomonius; audiens Chriſti Euangelium, docens, nudum ſequi Chriſtum, illicò interpretauit; nam patrimonio in pauperes diſtributo, Prædicatorum Ordinem elegit. *Hæc omnia*, nempè virtutes, & dona in hoc Dominicano Virgineo Cælo, *Operatur vnus, atque idem Spiritus*. Angelicus Doctor ſuperbiam expellit, *Peſtifera ſuperbia nunquam perſenſit ſtimulum*. Diuus Antoninus auaritiam, *Pater eram pauperum*. Petrus Martyr iram, *Petrus ad thronum gloriæ Martyr peruenit inclytus*. Beatus Ambroſius Sanſedonius accidiam, *Mira efficacia, auditorum animos ad pænitentiam impellebat*. Sanctus Raymundus inuidiam, *Vir Dei omnem mundi gloriam calcans ad ſublimius vitæ genus aſpirabat*. Diuus Vincentius Ferrerius gulã, *Nam quadraginta annos fermè ieiunauit*. Ludouicus Bertrandus luxuriam, *Corpus diu, noctuque crudeliter vſque ad ſanguinem cædebat*.

Quapropter Religioſi iſti, in hoc Cælo Virgineo euadunt humiles per timorem; amatores per pietatem; modeſti per ſcientiam; cauti per conſilium; prouidi per intellectum; ſolertes per ſapientiam. Vndè timor eos purgat; deliqueſcit pietas; erudit ſcientia, firmat robur; moderat conſilium; illuminat intellectus; & exaltat ſapientia. Virtute horum luminum, diuinorumque radiorum eleuatur Religioſus, & à ſeipſo alienatus, ſicut prius carne carnali natus erat, carnaliterque viuebat; modò ſpiritu ſpirituali creatus, ſpiritualiter operatur; ſecundum illud Apoſtoli; *Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, habitatio veſtra in Cælis eſt*: Ad Rom. 8. vbi Diuus Hieronymus; *Multi de terra, cæleſtes fiunt. Paulus terra erat, pænituit, confeſſus eſt, & cælum factus eſt*. In pſ. 123. Igitur cum Religio ſit ſtatus pœnitentiæ, eſt cælum, vbi religioſi ſancti, ſtellarum inſtar reſulgent. Quamobrem Altiſſimus Monarcha percupiens vnire Cælum hoc inferius, cum cælo ſcabello pedum eius, inquit per os Dauid, *Congregate illi ſanctos eius, qui adnocabit cælum deſurſum*. Pſal. 49. Cuius leges, ita ſuos profeſſores perficiunt, quod Paradiſi, digni efficiuntur Ciues. Leges, quæ edocuerunt, videlicet vſque ad mortem Crucem ſubire, ſe ipſum abnegare, vitam odire, otioſa punire verba, omniaque propter Deum deſerere. Ideò in ipſis contra tot inimicos, continua ſpectabatur victoria; nempè vna ſanctitas, ita pura, inter tot tentationes, vna fides, ita firma inter tot errores; vna obedientia, ita humilis inter tot difficilia præcepta; vna vnio, ita intima inter diuerſas tot nationes, vna charitas, ita flagrans inter tot ingratitudines. Vna doctrina, ita ſtabilis Inter tot aduerſarios, & vna perſeuerantia inter tot iurgia. *Deus, qui mirabilis eſt, in hoc Cœlo Virgineo ſe valdè mirabilẽ oſtendit, quod Calitę Dominici Imaginis, ita reſplendet?* Sed à Patre, facite filiorum gloriæ conſequentiam; à Patre, & Patriarcha, dico, Inclyto Dominico, qui vt Sanctorum ſpeculum, ſuos, conſtantia armauit filios, qui tanquam inuicti bellatores,

ten-

tentationum vicerunt Oceanſ, ac totius Vniuerſi errores eliminarunt; *Dicat ergo, congregate illi ſanctos eius, quia aduocabit cælum deſurſum*: ò Cælum, ò Paradiſum, ò Clauſtra Beata, ò Virginum decus, atque Aurea Corona.

Modo peto, qui ſunt Virgines iſti, commorantes in terra nobiſcum: Dicite Lilia Cæli à cæleſte Agricola reſarriata in terra. Ideò Pater æternus alloquens filio, ait; *Poſui verba mea in ore tuo; & in vmbra manus mea protexi te, vt plantas cælos in terra, & dicas ad Syon populus meus es tu*. Vertunt Septuaginta: *Sub vmbra manus meæ protegam te, in qua ſtatui cęlum, & fundaui terram*. Igitur ſi Pater edixit Filio, vt arbores cæli plantet in terra, noſtra; quales flores, ac fructus, niſi cæleſtes deportabunt? Nam terra hæc, quæ tales producit fructus, alia eſſe non poteſt, niſi terra Roſariata, nimirùm Sanctiſſimi Roſarij, ſecundum illud Eccleſiaſtici 39. *Obaudite me diuini fructus, & quaſi Roſa plantata ſuper riuos aquarum fructificata*. Vndè ſi flores, ac cæli fructus,

Iſa. 51.

Septuag.

Eccleſ. 39.

vt Doctores docent, ſunt Angeli: En Virgines velut Angeli in terra floreſcunt, hilarè canentes; *Lectulus noſter floridus*. Quare Diuus Hieronymus epiſtola vigeſimaſecunda inquit, *Filius Dei ſuper terram, nouam ſibi inſtituit familiam, vt qui ab Angelis adorabatur in cælo, haberet Angelos in terris, ſcilicet Virgines*. Ideò læta quieſcit anima Religioſa, in tranquillo Religionis lecto, quaſi ſi in Cælo, cæleſti fuiſſet ſociata ſponſo, cui ipſa dicit; *Lectulus noſter floridus*. Sed vndè inter tot attributa, quæ huic ſacro lectulo, attribui poterant, complacuit ipſa Sponſa, ipſum ſolummodò floribus honorificare? Fortaſsè, vt eodem pateſaceret tempore, quietem, & ſatietatē, quam ipſa ſpeciali gratia fruebatur, illius quaſi fruitionis inſtar Cæli, iuxta illud; *Beatitudo eſt ſtatus omniū bonorum aggregatione perfectus*. Itaque de floribus tantummodo loquitur, nam nullius religionis, flores ipſi leguntur, niſi Sacratæ Dominicanæ Religionis, propter Sanctiſſimi Roſarij roſas, & flores. Caſonus.

Cantic. 1.

Hieronym. epiſt. 22.

Cantic. 1.

Guid. Caſonus Ode 3.

De la vermiglia Roſa,
Che trà ſpine beate
Geloſe amanti in ſua difeſa armate,
In ſe di ſe pompoſa,
Scopre Aurora de' fiori,
Quaſi picciolo Ciel, celeſti honori.

Igitur Sponſa de ipſa Religione ſignanter loquitur, cum dicit; *Lectulus noſter floridus*, in quo lætanter iuxta Vatabli verſionem, cæleſtis Sponſus quieſcit, inquiētis: *Ego ſum Roſa Sarō, & Lilium gaudens vallibus*. Alij ſubdunt; *Ego flos, & roſa ſatietatis, & lilium cōuallīū*. In hoc ergo floreſcenti lectulo veri ſanctique Religioſi commoditer viuunt, illius impertiendo beatitudinem, qui dicit; *Ego flos ſatietatis*.

Vatabl. alia lectio.

Sed duo ciuilitatis vſus inueniuntur; alterum illorum, qui Romæ, verbi gratia, nati ſunt,

hicque

hicque permaneant, dorſaque illorum legibus Reipublicę ſubijciunt. Alterum alienigenarum, qui quamuis alibi nati sũt, nihilominus ob egregia ſeruitutis merita, ciuium priuilegio gaudent. Pari modo dicimus, ſunt ritus cęli ciuium. Alij, qui in Paradiſo permanent, dignitate, ac gloria condecorati. Alij, qui in terra viuunt: vndè; *Terrigenę, & filij hominum dicuntur*; ſed per ſingulare priuilegium, Paradiſi ciuilitate gaudent: ita Apoſtolus. *Iam non eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei*: qui locus ſic à Diuo Athanaſio interpræ- tatur. *Eſtis eiuſdem iuris, & dignitatis in ciuitate Dei, quia cum ſanctis, vnam incolitis ciuitatem*. Sed quæ perſonę heroicę in hoc terreno Religionis Dominicanę cælo, reperiuntur? Reſpondeo Virgines; *Simile eſt regnum cælorum decem Virginibus*; ideoque Virgineo, propterea iſti in terra, ſpiritus beatos exhibent, illos quippè, qui in cælo regnant, & vterque cæli ciues ſunt, ſecundum illud Matthæi: *Et erunt ſicut Angeli Dei in Cęlo.*

Pſal.45. Epheſ.2. D.Ath.hic. Matth. 25. Matth. 26.

Nec credo hyperbolica laus videtur iſta, quam clauſtris tribuo, cælos, ſcilicet & paradiſus appellando ea; dum ab initio à Cæli Rege tradita fuit; *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus fons ſignatus, emiſſiones tuę paradiſus*: vbi iuxta Dinum Ambroſium loquitur cum anima, quæ vix religioſis clauſtris ingreſſa, Aeterni Principis, Sponſa, Virgo, & Soror efficitur, hicque perſeuerando, quaſi cæli potitur gloria. O Paradiſum, ò Cælum, ò Beata clauſtra. *Hortus concluſus; Paradiſus concluſus*, legit Ambroſius. Hinc eſt, quod eam non comprimit conſcientia, non cruciat mentis agitatio, non inflat ſuperbia, nõ incendit concupiſcentia, non inficit turpitudo, non vincit ebrietas, non diſcerpit detractio. Rapacitas eam nõ repræhendit, ſeditio non euellit, leuitas non decutit, hypocreſia non decipit, non tundit adulatio, & fauor non ſuſtollit. Dicat igitur Ambroſius; *Paradiſus concluſus.*

Cant. 4. Ambr. lib. 6. epiſt. 42.

Et ne admiremini fratres, ſi meam ſacratam Religionem, cælum appello; hoc per ſanctorum huius cæli inferioris, cum ſanctis ſuperioris cæli, aſſiduam cõmunicationem. Ecce primo Angelorum Regina, quæ crebrò è cælo cum his ſanctis inferioris cæli ad negotiandum deſcendit. Modo cum Patriarcha Dominico ſuo dilecto filio, cui dixit: *O Dominice, amicè dilectè, quia dilexiſti me, pluſquam te, ego ſub lato mantello meo defendam, & regam filios tuos, nec non, & omnes, qui in regula tua perſeuerant, ſaluabuntur*. Cui, eadem Beata Virgo, alia vice, à pluſquam centum Angelis comitata apparuit, & imperauit Satanæ, quod ſuo dilecto Dominico obedientiam præſtaret. Teodoricus; *Finita oratione, ſubito apparuerunt pluſquam centum Angeli, armis aureis ſuccincti: in eorumque medio Glorioſiſſima, & Beatiſſima Mater Dei, quę Virga aurea, quã piè manibus habebat, dæmoniacum percutiens, reſponde, aiebat, ſeruo meo Dominico ſecundũ ſuam petitionem*. Amplius. *Cum Beatus vir Dominicus, Romę apud Sanctam Sabinam in Eccleſia Fratrum, pro conſuetudine ſua pernoctaret, etiam cunctis Fratribus quieſ-*

S. Brig. l. 5. riuel. c. 19. Teodoric.

ſtentibus, in Dormitorium ingreſſus, in quadam eius parte conſtitit, Domino preces offerens; eleuans autem oculos, vidit ab alia parte, tres admiranda pulchritudine Virgines; in hÿſque mediam forma incomparabili, cuius alia latus claudebant vtrinque, & vna quidem ferebat ſitulam ſplendidam, & elegantem: altera verò aſpergillum porrigebat, in medio gradienti Regina. Tranſiens ergò Regina cum Virginibus per dormitorium, ſingulos fratres ſuis in lectis quieſcentibus conſpergebat, eoſque Crucis ſigno conſignabat: aduertit hoc Beatus Dominicus ſurgenſque à prece, Reginę proceſſit obuiam, vbi lampas dormitory pendebat, ad eiuſque proſtratus pedes: Obſecro, inquit Domina mea, indica ſeruo tuo quęnam ſis, dicebat hoc, licet eam ſpiritu cognoſceret. Reſpondit ei Domina, Ego ſum illa miſericordię Regina, quam quotidiè ad veſperam pÿs mentibus inuocatis, cumq; diuitis. Eia ergo aduocata noſtra proſterno me coram filio, orans illum pro Ordinis huius confirmatione. Tum ille, quę ſunt, inquit, ò Domina, Virgines ſpecioſiſſimæ, quę comitantur, reſpondit illa, Cęcilia, & Catharina. Nec dimittẽda eſt, iſta alia Beatiſſimæ Deiparæ, Viro Dei apparitio, illũ docẽs, Roſarij inſtitutionem. *Sacra igitur Dei genitrix inuentrix, Sanctus Dominicus potius promulgator extitit.* Sed alia colloquia inter Glorioſiſſimam Virginem Beatumque Dominicum omittendo, Cernere licet Thomam Angelicum, cui apparuit Virgo MARIA, declarans ei aliqua dubia, & de ſuę vitæ integritate certificauit. En Catharina Senenſis, quæ Virgo ad tantam peruenit puritatem, quod nihil cogitabat aliud, niſi Chriſtum, & Matrem eius, cum quibus, ſibi apparentibus, officium in camera recitabat. Sed non minus felix Beatus Hyacinthus, quando à Deipara audiuit. *Gaude fili Hyacinthe, quia tuę à filio meo exaudiuntur preces, & quidquid in nomine meo petieris, obtinebis.* Cui iterum Beata Virgo, *O fili Hyacinthe effugis manus Tartarorum, & me cum filio meo diſſecandam, & conculcandam relinquis, accipe me igitur tecum.* Ad cuius vocem, reſpondit. *O Glorioſa Virgo, eſt nimis grauis hæc imago tua, quomodo eam portare potero?* Reſpondit Virgo; *Accipe, quia allenia bit pondus filius meus.* Sed quanti meriti, ac bonitatis fuit Beata Agnes à Monte Politiano hinc aſpicite, *Quod à Sacra Deipara Ieſum forma lactentis, orans, excepit.* Sanctitas verò Diui Raymundi fuit, ita illuſtris, quod ſuo tempore nobilior non inueniebatur, quapropter *Monitu Sacrę Virginis Mariæ ſibi apparentis, Ordinem Beatę Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Fundauit.* Et certè fuit mirabilis Dei Matris affectus erga Beatam Catharinam de Raconiſio, cum qua multoties ad inuicem nimia alloquuta eſt familiaritate. At quid dicam de Beato Reginaldo; *Cui Beatiſſima Dei Genitrix Mundi Domina Virgo Maria viſibiliter apparuit, duabus ſe comitantibus ſpecioſis ſupra modum puellis. Pete, inquit, à me quid vis, & dabo tibi, peſuitque ſano vſus conſilio in Beatiſſimæ Dei Matris electione, vt ſecundum beneplacitum ſuum ei daret, quod vellet, tunc illa manum extendens virgineam ægrotantis oculos, aures, & nares, oſque, & manus, &*

pe-

pedes, ſalutari, quam ſecum tulerat vnctione, perunxit. Tunc ei habitum Prędicatorum Ordinis, oſtendit. En inquit, hic eſt Habitus Ordinis tui. Et non multum ab hoc diſtat, illud Beati Alani encomium, non ſolùm promulgatoris de mandato Deiparę Sanctiſſimi Roſarij, ſed ſimul cum ipſa expellentis hęreticos, quare legitur. *Mirum dictum. Adeſt Sanctiſſima Virgo, manifeſtè, ſe ad ſpectabilem pręſtat, alumnum ſuum confirmat, ducat in hoſtes, hortatur, præit ipſa lapides in hęreticos iaciens, tunc Alanus, viſo cęleſti auxilio, valida impreſſione circumfuſum hoſtem, viſione perterritum, perturbat, fugatque, poſtea ſic eum monuit, vt tum ipſe, tum eius ſocij prædicatores, collapſam Sacri Roſarij deuotionem totis viribus reſtituere conarentur.* Felix poſtea Beatus Iordanus, qui Dominam vidit ſtantem in pulpito, habentem coronam aureã in capite, & pallio miri decoris ornatam reſpicientem intenſiſſimè in legentem. *Cum autem finiſſet lectionem, accedens ad magiſtrum quæſiuit; an in illa lectione aliquid ſenſiſſet dulcedinis; qui verba eius atridens, noluit aliquid reuelare.* Sed vbi Beatos Vmbertum, ac Magnum Albertum omittimus? Summoperè in hoc Virgineo Cælo ab Angelorum Regina dilectos. Vndè de Vmberto ſcribitur; *Beatus Vmbertus quadam nocte vidit ipſam Beatam Mariam, cum duabus Virginibus venientem ad ſe, cum ſuauiſſimi odoris fragrantia, & audiuit vocẽ dicentem ſibi, Perſeuera, ſicut benè incępiſti, & conſolatus eſt multum.* Et de Beato Alberto Magno habetur; *Adfuit illi Beata Virgo, & cęleſti voce alloquuta ſupplicem ſuum, bono animo eſſe, omnia de ſe ſperare iuſſit.* Nec minus admiratione, ſunt aliæ Dei Matris viſitationes; ſicut Vincentio Ferrerio, Beato Hermano Teutonico, Beato Venturino de Bergamo, Beato Corradino de Breſcia, & alijs, quos breuitatis gratià omitto.

Et ſi Sanctorum omnium Regina, ita pia, & amabilis erga huius inferioris cæli habitatores oſtenſa eſt; non minus, imò magis filius ſuus eos dilexit. En Glorioſus Patriarcha Dominicus, cui Chriſtus dixit, *Vis videre filios tuos?* Reſpondit ille, *Id, vel maximè velim; tunc Chriſtus manum ſuam ponens ſuper humerum Matris, dixit ad eum: Inſtitutum, ſeu Ordinem tuum, Ego commiſi Matri meæ.* Fulgoſus refert: *In Vrbe Caſtrenſi, Dominico, Crucifixum loquutum, qui hoc quoque tempore veneranter colitur, atque oſtenditur.* Diuo Thomę Angelico: *Crucifixus eum alloquitur, quam mercedem accipies, non aliam, niſi teipſum.* Et Petro quoque Martyri, qui ſuam lachrymis coram Crucifixi Imagine, flens innocentiam, ignominia maculatam. Crucifixus reſpondit; *Et ego Petre, quid mali feci.* Sed ecce Beata Lucia à Narni, cui in die Pentecoſtes apparuit Chriſtus Dominus; *Et dixit, pete poſt mei Corporis ſumptionem, cuiuſcumque anima liberationem è purgatorio, & fiet tibi.* Verum aſpicite Beatam Stephanã à Soncino, quæ dum infirmaretur, & Eccleſiam pergere non poterat, ad audiendum ſacrum; *Ita maximoperè eam Dominus diligebat, quod ſæpius cantantibus Angelis, in ſua camera ſacrum Miſſæ ſacrificium celebrabat.* Et

veniens Diuus Vincentius Ferretius Auinionem, vbi, cum in grauiſſimum, ac planè deſperatum morbum incidiſſet; *Affuit illi Chriſtus fulgentiſſima, & feſtiuiſſima ſpecie, cinctus agminibus Angelorum, qui leniter tacta Vincentij maxilla, eum ſurgere è lecto præcepit, & ſuauiſſimis verbis conſolatus eſt, atque etiam iuſſit, vt per diuerſas Mundi regiones, Verbum Dei, omni ſtudio prædicaret.* Sed vix mente concipi poteſt, quantis Chriſtus Sponſus cæleſtibus honoribus Seraphicam Catharinam Senenſem decorauit; *Quæ cum ſemel diceret, Cor mundum crea in me. Deus, apparuit ſibi Dominus, & abſtulit eius cor in tempore trium dierum, quibus ſtetit ſine corde. Dedit ei Dominus cor nouum dicens, filia mea Catharina dedi tibi cor nouum, vt ſis totaliter mũda in conſpectu meo, & claudens locum illum, conſolidauit, in cuius ſignum ſemper remanſit cicatrix quædam.* Omitto, & non abſque cordis dolore alias alijs Ieſu Chriſti apparitiones, ſicut Beato Ludouico Bertrando, Beato Hieronymo à Fuligno, Beato Iacobo à Beuagna, Beato Matthæo à Mãtoua, Beatæ Benuenutæ ab Auſtria, Beatæ Helenæ ab Vngaria, alijſque innumerabilibus. Solùm inquã, ò Cælla, ò Cælum; ſed Virgineum: *Simile eſt Regnum Cælorum decem Virginibus.* Virgines enim in tetreno Dominicano, Beatos Spiritus repræſentant, per aſſiduam cum Beatis Empyrij Cæli; imò cum IESV, & MARIA lætamque communicationem. Igitur ſi Cælum ſuperius per Beatorum præſentiam hoc nomine gaudet, Quare inferius Cælum per Ieſus, Mariæque aſſiſtentiam non debet appellari Cælum?

Quod Sancti ſuperioris Cæli, ad conſolandum veniunt, hos terreſtri Cæli Religioſos Sanctos. En Patriarcha Dominicus frequenter à Magdalena, Cæcilia, & Catharina viſus. Et Romæ, dum in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum orabat, apparuerunt ei Petrus, & Paulus. Petrus dans ei baculum, & Paulus librum dicentes; *Vade, & prædica Chriſtum Crucifixum, ad hoc enim munus, & onus à Deo electus es.* At Thomas Angelicus, cum orationi inſiſteret feruenter, vt impetraret declarationem dubij ſcripturæ, apparuerunt ei Petrus, & Paulus, certificantes dubium illud. Et Petrus Martyr, dum in cælla recumberet, tres vidit ſpecioſas Virgines, nempè Agnetem, Catharinam, & Cęciliam familiariter cum eo de Beatitudine alloquentes. Non minus Beata Catharina de Raconiſio, quę tantam diuerſis cũ Sanctis familiaritatem habuit, quod diſtributè eorum corporis effigiem exponebat, tanquam ſi à pueritia cum ipſis educata fuiſſet; vndè claris verbis, tenuiter Matris Dei effigiem pingebat, præcipuè in quo à dilecto filio, ſimilis, & diſſimilis erat: Pulcherrimam dicebat, eſſe Mariam Magdalenam. Martinum verò, quamuis facie defotmem, pulchrum tamen gratia. Agatham altam, ac vultu rotundam, ſed colore fuſcam. Agnetem pulchram aſpectu, ſed mediocri ſtatuta. Cęciliam corpore erectam, & facie formoſam. Catharinam vetò Martyrem, in omnibus eſſe ſpecioſam. Auguſtinum valdè altum, ſed vultu fuſcum.

ſuſcum. Antonium nobili aſpectu. Bernardum verò iucundum, ſed communi ſtatura, idemque de multis alijs affirmabat. Sicut etiam Beata Columba, magnopere à Saluatore amata, quadam nocte ei apparente, ipſum comitantes Glorioſi Apoſtoli Petrus, & Paulus, Diuus Hieronymus, Diuus Leo Papa, & Patriarcha Dominicus, quę poſtquam benedictionem à Chriſto Domino obtinuit, in perpetuum ei, ſuam dicauit Virginitatem; quibus habeuntibus, remanſit ſolum, Diuus Leo Papa, dulciſonis eam verbis conſolando; quo ex tempore poſtea tantùs ſuauiſſimus odor illud cęleſte emittebat cubiculum, quod non terrena habitatio, ſed cæleſtis videbatur paradiſus. Simile legitur de Vincentio Ferrerio, cuius cęlla maximè olebat, quia ſæpius Dux illius Dominicus, quemadmodum, & alij Sancti in terris viſitabant. Et de Sancto Raymundo, quid dicam? cuius familiaritas cum Angelo, clara eſt mundo, propterea canit Eccleſia. *Cum caleſtis militia Angelo, tanta inerat ei familiaritas, & amicitia, vt ab ea frequenter ad orandum è ſomno excitatus inuitaretur*. En igitur familiaris communicatio, & aſſidua viſitatio. O beata clauſtra, ò felix cælla, ò Cęlum Virgineum. O Sancti ſuperioris, ac inferioris Cęli, quam bonum, & quam iucundum habitare in vnum.

In offic.

Verùm, quam nimis poſtea fuiſſet reciprocatio Sanctorum huius Cęli, cum Cęli ciuibus, hinc obſtupeſcite. Ecce Patriarcha Dominicus; *Qui nocte cali perluſtrabat limina, die terris dabat verbi ſemina*. Diuus Thomas Angelicus; *Cum eſſet ſemel ad caſtrum ſororis, in camera eleuabatur, & fuit abſtractus, vnde ſoror eius, ipſum credidit eſſe mortuum, quia ſe non mouebat, aut aliquid dicebat, vndè clamare capit, ò Thoma: ſocius eius narrauit ei conditionem Sancti, & ſic per tres dies ſtetit immobilis ſine cibo, videns ſocius tantam dilationem, eum excitauit, cui dixit Thomas, parcat vobis Deus, quia bonum prădium mihi abſtuliſtis*. Beatus Ludouicus Berttrandus, *Cum nutricis lacte, ita hauſit, vt totam pueritiam, ac adoleſcentiam in cæleſtium contemplatione tranſigeret*. Beata Agnes à Monte Politiano; *Sæpè inter orandum, nec maior annis quatuordecim, à terra cubito in Cælum tollebatur*. Beatus Teclauareth Indianus quadraginta diebus, & hoc non ſemel, ſine cibo, & potu fuit raptus in cælum, ò ſingulare Dei gratiæ munus. Beata Benuenuta, ſæpè in cælum abſtracta vidit Chriſtum Dominum ſacerdotali veſte indutum, & Miſſam ab ipſo cum aſſiſtentibus celebratam, audiuit. *Seraphica Catharina Senenſis cum Piſis immoraretur, refecta cibo caleſti, & in extaſim rapta, vidit Dominum ſibi magno, cum lumine aduenientem; in quo raptu, ita immobilis permanebat, quod mortua extimabatur*. Beatum Vincentium Ferrerium, *Sæpè multi viderunt, quando orabat, quod caleſtis lux immenſa erat circa eum; qua totam cameram illuminabat, quod audiens Rex Aragonia curioſus ſuper hoc factus, videre volens, ſi hoc verum eſſet, quod dicebatur, venit ad locum, in quo orabat, & vidit eum proſtratum in oratione, & à terra eleuatum, quo viſo territus, receſſit,* Barelet. ſer. S. Vincent

quem

quem Sanctus Dei durè increpauit, dicens, quare huc veniſti? Sicque ſimiliter, quam alij plures. Ecce, ecce cõtemplate parumper ſpecioſam hanc communicationem, ſanctorum huius Virginei Cæli Religioſorum, cum illis cæleſtis Hieroſolymæ.

Sed quid mirum, ſi ipſi, humilitate ſuper terram eleuati ſunt; paupertate ſuper aquam, ieiunio ſuper aërem; eleemoſyna ſuper ignem, Fide ſuper Lunam; Spe ſuper Mercurium; Charitate ſuper Venerem; Prudentia ſuper Solem; Fortitudine ſuper Martem; Temperantia ſuper Iouem; Iuſtitia ſuper Saturnum; varijs Virtutibus ſuper firmamentum, Puritate cordis ſuper criſtallinum, motu conuerſionis ſuper primum mobile, & ſanctitate vitæ ſuper Empyreum.

Hac ſanctitate Dominum Ieſum è Cælo extraxerunt, qui accenſus amore perſonaliter eos viſitare dignatur, quem non amplius in enigmate fruuntur, ſed facie quaſi ad faciem. Vndè eum vident, qui cælum, terramque creauit. Eum, qui miſſus ab arce Patris, natus orbis conditor. Eum, qui de ventre Virginali, caro factus prodijt. Eum, qui peccata non detulit, nos abluendo ſubſtulit. Eum denique, qui vt nos lauaret crimine, manauit vnda, & ſanguine. In hac viſitatione, ſumma fruuntur felicitate, ac iucunditate; atque potiuntur libertate cum ſyncera lætitia, gaudent imperturbata pace, cum ineffabili bonitate. Has prærogatiuas neſcit Grammatica nominare. Rectorica indicare. Logica demonſtrare. Arithmetica numerare Geometria menſurare. Nec iudicia omnia, extimare, quia Sancti, & boni Religioſi in hoc terreſtri Cælo Virgineo, quaſi hac mira præſignantur gratia, vt inquit Petrus Damianus apud Diuum Auguſtinum libro meditationum, capite vigeſimoſexto.

Caro facta ſpiritualis, & mens vnum ſentiunt, D. petrus
Pace multa perfruentes, ſcandala non perferunt, Dam. apud
Mutabilibus exuti, repetunt originem. D. Aug. li.
Et præſentem veritatis contemplantur ſpeciem, med. c. 26.
Hinc vitalem viui fontis hauriunt dulcedinem;
Indè ſtatum ſemper ijdem exeuntes capiunt.
Clari, viuidi, iucundi, nullis peccant caſibus;
Qui ſcientem cuncta ſciunt, quid neſcire nequeunt?
Nam, & pectoris arcana penetrant alterutrum
Vnum, volunt, vnum nolunt, vnitas eſt mentium,
Licet, cuique ſit diuerſum pro labore meritum
Charitas hoc ſuum facit, quod dum amat alterum,
Proprium ſit ſingulorum, commune ſit omnium,
Auidi, ac ſemper pleni, quod habent deſiderant,
Omni labe defæcati, carnis bella neſciunt.

Vndè ſi Empyreum Cælum pretioſis fabricatum extimatur lapidibus, vt Eccleſia canit, *Vrbs Hieruſalem Beata, dicta pacis viſio, quæ conſtruitur in Cælis, viuis ex lapidibus.* Non minus hoc Domi- Eccleſia.

mi-

minicanum Cælum ; quia, En Petrus Martyr tanquam purpureus Iaſpis in proprio ſanguine intinctus. En Præſul Antoninus, velut Zaffirus cordium confortator. En Thomas Aquinas candida Gemma per puritatem, infrangibilis per ſuam doctrinam. En Vincentius Ferrerius pretioſus Rubinus per ſuam flagrantem charitatem. En Hyacinthus, velut alter Hyacinthus, petra fundamentalis cęleſtis Hieroſolymę. En Ludouicus Bertrandus, Thopatius fuſci coloris per ſuam ſublimem mortificationem. En Ambroſius Sanſedonius, berillus ſimplicitatis. En Iacobus Salomonius, oſichius ſanctitatis. En Raymundus Sardonicus, lapis ſcientię. Dicam igitur cum Diuo Ambro-
Ambroſ. ſio, *Hortus concluſus, Paradiſus concluſus.*

Eia, eia ergo, ò Chriſtiane, quid facis, quid cogitas, quid moraris, terret te labor? Scias, quod nemo coronatur, niſi, qui legitimè certauerit. Perhorreſcit cibum? Fides non famę perit. Fortè paupertatem times? Audi Euangeliſtam: *Beati pauperes ſpiritu.* Metuis ieiunum corpus ſuper terram cubare? Te decipis, quia lectulus noſter floridus. Formidas ſolitudinem? Benè ſcis, quod noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Audi, audi, obſecro Bernardum mellifluum, dicentem. *Bonum eſt nos hic eſſe,* Bern. ſuper Matth. 18. ſerm. Cara fratrum. *ſcilicet in Religione, quia homo viuit purius, cadit rarius, ſurgit velocius, premiatur copioſius. Viuit purius, quia ſegregatus à temporalibus, cadit rarius, quia habet diuina officia, ſurgit velocius, quia inſpiratur, premiatur copioſius, nempè vita aterna, & Religioſus non poteſt eſſe diù in peccato mortali.* Ad quę Bernardi verba, addit Magiſter Bareleta. *O iuuenes* Barel. ſer. D. Tho. & Vinc. *audite Diuum Bernardum; fugite de medio Babylonis, & ſaluate animas veſtras, & conuolate ad vrbes refugij, vbi poſſitis, & de præteritis agere pœnitentiam, & in præſenti obtinere gratiam, & in futuro preſtolari gloriam.*

HIERO-

HIEROGLYPHICVS GLORIOSI, ET INCLYTI PATRIS, AC PATRIARCHÆ DOMINICI.

CÆLVM VIRGINEVM.

DOMINICVS CONSERVANS SINE MACVLA Eccleſiæ VIRGINITATIS LILIVM. ET CVM MERCEDE VIRGINEA, DOCTORVM FVLGENS CVNEO.

ARGVMENTVM. DIVINVM SANCTORVM SPECVLVM.

QVALI ſonora voce, ac dulci concentu, qua cordis melodia, ac verborum humilitate, cupitis, quod ego inter omnes, ingenio viliſſimus, de tam alto, & ſublimi Duce, & Athleta, dico, de Diuino Patriarcha Dominico loquar? Altus per ſuam nobilem Proſapiam. Sublimis Sanctitate. Altus vt Patriarcha. Sublimis Gratia. Altus per Magiſterij Sacri Palatij dignitatem. Sublimis Merito. Altus per Prędicationem. Sublimis per Animarum conuerſionem. Altus per Stellam in eius fronte micantem. Sublimis vt Diuus inquit Antoninus, per animam in aluo materno ſanctificatam. Altus, quia erat Aurora noſtri Solis, Vox noſtri Verbi, Auriga noſtri Regis, Tuba noſtri Iudicis, Amicus noſtri Sponſi, Miniſter noſtri Dei, Secundus Pręcurſor noſtri Chriſti. Sublimis tanquam Caſtitatis Amator, Laſciuiæ Inimicus, Iuſtitiæ Teſtimonium, Innocentiæ Propugnaculum, Parentum Gloria, Hominum Admiratio, Mundi Sydus,

Gabr. Barel. ſer. Sācti Dom.

dus, & Sal Eccleſiæ. Altus in Cælo, Coronatus in Mundo, Angelus in Carne, Homo Diuinus. Sublimis Dominicus, quia in eo omnes Virtutes velut in lucidiſſimo Speculo videri poſsunt, atque appræhendi. In ipſo fulgent Mundi cõtemptus, Dei Amor, Ciborum Abſtinentia, Veſtium Aſperitas, Corporis Virginitas, Cordis Humilitas, Morum Seueritas, Confeſſionis Veritas: quapropter numeroſi inter ſe pugnant conceptus, & præcedentia ambitioſi, ſe mutuo expellunt, in huius noui Portenti Laudẽ, Egregij Prodigij Gloriam, Monſtruoſi Partus Gratiam, Inſignis Miraculi narrationem. Pugnant dico inter ſe in huius veracis Speculi Sanctorum Promulgationem, Virtutum Summarij, Gratiarum Compendij, Epilogi Perfectionum, nempè Virginum, Confeſſorum, Martyrum, Apoſtolorum, Patriarcharum, & Prophetarum. Eccleſia. *Hic eſt nouus Legislator. Hic Elias æmulator, Prædicator ſæculi.* Et Diuus Auguſtinus docet. *Sicut in ſpeculo omnibus motibus, atque omnibus actibus, quibus his, qui ſpeculum intuetur, mouetur, vel agit. Hÿſdem ipſis, etiam Imago, quæ per ſpeculum formatur, actibus, & motibus commouetur, vel agit, in nullo prorſus declinans.* Similiter, qui Patriarcham Dominicum Lucidiſſimum Sanctorum Speculum intuetur; Motus aliorum Sanctorum, atque actus contemplat: & Imago, quæ per ipſum Speculum formatur, eſt illamet Beatorum, penitus ab eo diſſimilis. Sed quid mirum, ſi prius natus eſt in Cælo, quam veniret in terris, vt Dominicana canit Eccleſia. *Cuius ortum præcurrunt nuncia, veri præſagia.* Perſius.

In ſequẽtia Miſſæ.

Auguſt.

Eccleſia.

Da lui non lungi, è poco pur diuiſi
Veggonſi due, che barba hanno d'Argento,
Proliſſe al petto, e i graui honeſti viſi
Monſtran, ch'in lor fù ogni vitio ſpento.
Ne le vie del Signore, i cori han fiſi,
Stiman la vita vn fior, fien, ombra, e vento.
E Roderigo l'vn, l'altro è Felice
Guſman, d'Heroi Imperial radice.
Auo è quel, ch'è primier, Padre il ſecondo
Del gran Campion di Chriſto; e da tal pianta
Deriua vn'Arboſcel così fecondo,
Che Scettro vniuerſale hauer ſi vanta;
Et à ragion, ch'vnqua non hebbe il Mondo
Prole ſimil, così fedele, e ſanta.
Son queſti i Carli, e i Filippi Inuitti,
Difenſor de la Fede, e degli Afflitti.
Specchio di Santità, Apoſtol nouello
DOMENICO: ogni lingua 'l chiama,
E del Demon terror'aſpro flagello,
Cui fuga ſol la formidabil fama,
La fama, ch'è di lui fuoco, e martello
A prè de l'Alme, che rapire ei brama
La fama, ch' ad ogn'hor fà priua, e ſpoglia
D'alme rubelle la tartarea ſoglia.

Horatio Perſio nella vita di San Vincenzo Ferrerio.

Non

Non parum Diuina reſplendet Omnipotentia in harũ creatione potentiarum, intellectus ſcilicet, & voluntatis. Intellectus eſt ille Magnus Monarcha, habens pro ſuo regno mundum; pro imperio res vniuerſales; pro regia corpus, incomparabili magiſterio fabrefactum; non hebano, aut metallo, non marmore, aut gemmis, ſed oſſibus, carthelaginis, neruulis, atque carne, quæ omnia ſupradictis pretioſiora ſunt. Habet enim pro Palatio caput, pro Præfecto familiæ diſcurſum, pro Theſaurario memoriam, pro Miniſtris Iuſtitiam, pro Secretario conſcientiam: his dotibus condecoratus, efficitur Domus Sapientiæ, Templum Diuinitatis, Sedes Altiſſimi, Mundique Simulacrum. Competit cum voluntate, quæ etiam eſt vehiculum animæ, regina potentiarum, magnes intellectus, arx inexpugnabilis, principium laudis, fundamentum Virtutis, ianua per quam noſter in anima pijſſimus ingreditur Saluator, quæ quidem prærogatiua nullis verbis exprimi poteſt; ſufficit dicere, *Holocauſtum magnopere à Deo dilectum*.

Ad Ro.c.1. Et quia iuxta Apoſtoli doctrinam. *Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*. Si res creatæ, ſunt ita ſpectabiles, quid erunt ſupernaturales? Eſt igitur Deus, vt Creator primus intellectiuus. Et ſi habet intellectum, eſt per conſequens volitiuus, non quia intellectus, & voluntas ſunt duæ res, Diuinæ eſſentiæ additæ, nã Deus nullam dicit potentialitatem, immò eſt totus intellectus, & tota voluntas. Nec ſunt duæ res diſtinctæ, in Deo Intellectus, & Voluntas, ſed ipſamet eſſentia, quæ eſt infinita. Vndè benè inquiunt Theologi, *Quod Deus non habet Voluntatem ſecundum potentiam, ſed ſecundum actum*. Modo dico ſi omnis actus eſt fundatus in amore, quia intellectus operatur propter finem, ſed finis eſt bonum; bonum eſt obiectum voluntatis, cuius operationes quamuis multæ ſint, principalis tamen eſt amor, igitur cum ſit voluntas in Deo, opus eſt, ſit in eo amor; eſt amor, neceſſariò eſt ibi obiectum, nempè rès amata. Quodnam igitur erit hoc obiectum amoris Dei? Reſpondet Theologus ipſamet bonitas; verum eſt. Sed ego dico propter gloriam Sancti, quod obiectum hoc, ſit meus Inclytus, & Patriarcha Dominicus, cuius innumerabiles Virtutes, ac mirificæ prærogatiuæ, Summi Opificis cor vulnerauerunt; quapropter non vulgari artificio, communique architectura, ſed ipſum miris donis, ac ſingularibus, peregriniſque gratijs, & priuilegijs creauit. Creauit certè hominem, ſuæ voluntati proportionatum, vt verum, Sanctorum, Speculum fuiſſet. Confirmat, mirabile hoc cogitatum, ipſa, in Sequentia Miſſæ, Dominicana Eccleſia. *Ex Aegypto vaſtitatis, virum ſua voluntatis, vocat Auctor Sæculi*. O encomia, ò diuina elogia Celſi Patriarchæ Dominici. Vndè pulchrè ille canit. In ſequentia Miſſæ.

Horatio Catanco.

Già s'apre il Ciel, già fuora
Dal grembo d'Oriente
Spunta DOMENICO à guiſa di Solnaſcente;
Già è nato, ecco l'Aurora
Sù l'aurato balcon cinta di luce;
Balia di Paradiſo à noi l'adduce.
Vedi, che pargoletto
Chiuſo in argentea faſcia
Orme d'oro, il piè d'oro ancor non laſcia;
E bambin vezzoſetto
Frà le mamme di lei la faccia aſcoſa
Girar l'aurea pupilla ancor non oſa.
Vaga Stella hor mira,
Come à gara frà loro
Gli appreſtan l'hore in Ciel la cunna d'oro.
Odi ogni Angel, che ſpira
Muſiche voci, e gli fan l'aure intanto,
Come à bambin, che poſi attorno il canto.
Mà già s'alza, e diſtende
Cento lucide braccia
Briareo lumineſo, e'l Mondo abbraccia:
Già, già con la Stella per tutto ſplende
La fronte, e'n Cielo, e'n terra, ecco hà le piante
Di picciolo bambin, fatto Gigante.

Noſter autem Aeternus Conditor, quanto magis curam habuit particularem, aliquam creandi perſonam, tanto, eam miraculis, ſignis, & fauoribus patefecit. En quomodo locupletauit Abraham, ſaluauit Loth, protexit Iacob, ſeruauit Iſaac, exaltauit Moyſen, ſublimauit Dauid diuerſiſque ſignis Salomonem erudiuit, nimirum exercitibus, peſte, ferro, minis, terroribus, omnique alia iudiciali demonſtratione. Hinc voluit oſtendere, quod Patriarcha Dominicus inter omnes fuit magis dilectus, charus, & præcordialis, ideò naſcitur cum Stella in fronte, *Stella micans in fronte parvuli*. Vndè per ipſum aperuit Mare, expoliauit Aegyptum, demerſit exercitus, humiliauit Reges, fæcundauit deſerta, vinxit Imperia, pluit manna, leniuit fontes, aperuit Infernum, figit Solem, loquutus eſt hominibus. Dixi per Patriarcham Dominicum ſuum priuatum, aperuit Mare Gratiarum; expoliauit Aegyptum donis; demerſit exercitus ſpirituum rebellatorum; humiliauit Reges, nempè Mundum, & carnem; fæcundauit deſerta, ideſt peccatores floribus propriæ pœnitentiæ; vinxit Imperia Hæreticorum; pluit manna, ideſt fructum ſuæ Euangelicæ Prædicationis; liniuit fõtes, Baptiſmi aqua, aperuit Infernum propter incredulos, figit Solem, vt maiori lumine fulgeret Dominici ſydus, loquutus eſt hominibus propter eorum animæ ſalutem. *Benedictus Redemptor omnium, qui ſaluti prouidens hominum, Mundo dedit Sanctum* Eccleſia.

tum

tum Dominicum, canit Eccleſia.

Sed adeſt difficultas, quænam ſit illa Stella, quæ Matutinis horis in noſtro reperitur horizonte? Dico illa nimirum, quam Aſtrologi, Luciferam vocant; ipſa eſt lucis, ac Diei antecurſor. Et ſi dumtaxat aliæ reſplēdent in nocte Stellæ, alijq; nocturni Planetæ, præcipuè Regina omnium Luna. Oriente tamen Sole cedunt, quaſi timore plenę, fugiunt, atque ſuum verecundè lumen, Luna abſcondit. Ipſa verò Stella Lucifera, non ſolùm in nocte, ſed etiam in conſpectu Auroræ, radiorumque Solis ſpecioſa, tanquam competitrix ipſius refulget. Natus eſt Patriarcha Dominicus, dū Aurora lucis rutilabat, cum Stella in fronte; *Stella micans in fronte paruuli, nouum iubar præmonſtrat ſæculi*. Dubitatur, ſi fuit Stella Lucifera, an ei altera ſimilis: Reſpondeo Lucifera, quia iam lucis orto ſydere, Dominicus, vt nouum ſydus exoritur, volens Deus mundo oſtendere pulcherrimam ſublimæ Sanctitatis Patriarchę Dominici mirabilem lucem, vt eſſet verum Sanctorum Speculum.

Speculum dicitur Dominicus, qui vix natus, & lucis expers, iam teſtis eſt veritatis, qui latens ſub velamine, & carne Redemptorem mundo ſpiritu prędicauit, qui prius meruit poſſidere diuina, quā humana cognoſcere; qui prius guſtauit cęlum, quam terram frui; qui prius annunciauit futura, quam præſentia perſpiceret; qui prius Spiritus Sancti dona poſſedit, quam membra proprium ſolidarent corpus; qui prius vixit Deo, quam ſibi, qui prius prædicare incæpit, quam viuere, qui prius in agone contra inimicum conſtanter, certauit, quam inter homines conuerſaret: vnde canit Eccleſia: *Felix per quem gaudia, tota iam Eccleſia ſumens exaltatur. Orbem replet ſemine, in cælorum agmine, tandem collocatur*. Sequitur dulcis ille Cantor.

In ſequentia Miſſæ.

Vn Ciel ſei tu, di mille lumi adorno
De l'alato Leon diletto, e cura
Del Ciel emula in terra à te Natura
Per farti al Ciel con merauiglia intorno.

Marino nel le rime heroiche.

Aperuit Cælos pijſſimus Monarcha, & miſit Dominicum Guzmanum, vt infirmitates, tam corporis, quam animę curaret. Quod anima habeat caput, capillos, naſum, os, oculos, aures, linguam, collum, humerum, braechia, manus, pectus, mammillas, cor, ventrem, cruura, pedes, digitos, vngulas, viſcera, oſſa, & pellem, audite; Caput eſt mens, Capilli ſunt cogitationes, Oculi contemplationes, Naſus diſcretionem denotat, Auris obedientiam, Os intelligentiam, Lingua eloquentiam, Collum humilitatem, Humerus patientiam, Bracchia fortitudinem, Manus operationes, Pectus conſtantiam, Viſcera Virtùtes occultas, Oſſa internum operum valorem, Pellis ſuperficiem.

In his omnibus erat infirmitas ingreſſa. Mens ſcilicet tenebroſa. Cogitationes inhoneſtæ.

Con-

Contẽplationes mundanæ. Caput infirmum, ꝑ ſuperbiã. Oculi afflicti, per inuidiam. Aures abſurdæ, per obſtinationẽ. Naſus offenſus, per peſtilentialem peccatorum odoratum. Guſtus deprauatus, per vitiorũ vſum. Lingua muta, per nimiam loquacitatem. Collum ſub iugo, per alterigiam. Humerus ciboſus, per cupiditatem. Manus obliquæ, per rapinam. Mammillę abſciſſę, per impudicos amplexus. Cor exanimatum, per turpem dilectionem. Venter excruciatus, per crapulationem. Pedes infirmi, per vanam deambulationem. Oſſa fracta, per corporis ſpurcitiem, & pellis lacera, per illicitos contactus. Venit Dominicus Patriarcha, & vt Medicus, infirmum viſitat, vt Benefactor pauperem, vt Magiſter diſcipulum, vt Sponſus Sponſam, vt Prelatus ſubditum, vt Paſtor gregem, vt Paterfamilias operarios. Et ſecum in hac viſitatione, vt ſpiritualis Medicus, attulit Sacramentorum medicinas. Vt Benefactor, dona virtutum, vt Magiſter, cęleſtem doctrinam; vt Sponſus quaſdam amoris diuini ligaturas, vt paſtor, ſuę perfectionis exempla, vt Prelatus, influxus ſuę gratię, vt paterfamilias, ſpem prçmij ęterni: concludat ergo Eccleſia. *Ex Aegypto vaſtitatis, virum ſua voluntatis, vocat Auctor ſaculi; Sydus iubet radiare in ſalutem gentium;* ita annuit ſuus fidelis ille ſeruus.

Horatio Perſio nelle ime.

Guſman, al ſuo dal Ciel commeſſo carco
Soaue, e dolce è tutto inteſo, e accinto,
E qual volante ſtral, che ſcocchi d'arco,
Tal'è al partir, dal gran deſio ſoſpinto.
Quanto ſia d'vopo al ſuo felice varco,
E pronto, e'n ſuo bel viſo appar dipinto
L'Amor grande, e'l deſir, ch'impenna l'ale,
Perche s'adopri à prò d'ogni mortale.

Taceo continua beneficia, quę ipſe tibi pręſtat, videlicet. Si piger es, te inflammat, ſi dormis, te excitat, ſi iacis, te ſublenat, ſi pugnas, te adiuuat, ſi vincis, te coronat, ſi vinctus es, te ſaluat, ſi vocitas, reſpondet, ſi pulſas, aperit, ſi peccas, exhortatur ad pœnitentiam, ſi pœniteas, veniam obtinet. Eccleſia. *Dominicus vultu erat ſemper hilari, ac iucundo, niſi cum eum ad cõmiſerationem proximi inflecteret. Sermo eius animatus, ac planè ardens, qui pectora quantumuis rigentia inflammaret. Nec vos turbet, inquit, meus hinc diſceſſus, nã indè, quo proficiſcor vtilior vobis ero, vitaque perfunctus plura vobis conferam, quam hic à me expectare poſſetis.* Hinc exclamat ille cognitus Poeta. Eccleſia.

Verme immortal, che con ſacrato dente,
I mordaci penſier, ſempre rimordi,
Interno Can, che do la pigra mente
Con perpetuo latrar l'orecchie aſſordi.
Sollecito Auoltor, ch'auidamente
Intendi à diuorar gli affetti ingordi.

Gio. Battiſta Marino nelle deuotioni

Veſpa

Veſpa ſottil, c'hà ſtimolo pungente,
Suſurro acuto entro il mio petto accordi.
Lima, che rodi l'anima, martello,
Che l'incude del Cor batti sì ſpeſſo,
Spina del Peccator, ſferza, e flagello.
Voce di Dio, che con parlar ſommeſſo
Mi ſgridi, e chiami, ahi, qual tentato è quello,
Che non faccia di te freno à ſe ſteſſo?

Doctor incognitus, Sanctiſſimę Trinitatis myſterium, mirabiliter in ſpeculo declarat, poſito in aqua, ex aduerſo Soli, vbi tres perſpiciuntur Soles. Primus in Cęlo. Secundus in aqua. Tertius in Chryſtallo. Primus refulget non mutata luce. Secundus à primo accipit. Tertius à primo, & ſecundo recipit. Primus eſt origo ſecundi; & à primo, & ſecundo procedit tertius. Primus eſt à ſe. Secundus eſt imago primi. Tertius eſt radius vtriuſque. Et ita primus Sol, Patrem ſignificat, qui à nullo eſt factus. Secundus figurat filium, qui à Patrę ſolo eſt. Tertius eſt ſignum Spiritus Sancti. Athanaſius. (D. Athan.) *Spiritus ſanctus à Patre, & Filio, non factus, non creatus, non genitus, ſed procedens.* Quare Tacitus dixit. (Tacit.) *Sancta Trinitas, neque recedit à numero, neque capiatur numero.* Hoc ſpeculum, in quo mirificè iſti tres Soles apparent, eſt Dominicus Guzmanus: (Sap. c.7.) *Speculum, & imago bonitatis illius.* Nã (Ad hębr. 1.) ſi de filio, ait Apoſtolus; *Cum ſit ſplendor gloriæ.* De Patriarcha Dominico, affirmat Diuus Antoninus, quod à corde Patris natus eſt dicens; (D.Ant.) *Sanctum verò Dominicum ex pectore eius, vbi Cor reſpicis exilientem.* Dicitur etiam Glorioſus Patriarcha, ſplendor, ideſt fulgentiſſimum Speculum Sanctiſſimæ Trinitatis, vbi mirè inſpicitur Omnipotentia Patris in miraculorum patratione, de quo legitur; (Eccleſia.) *Maximis viuens, & poſt mortem miraculis fulſit.* Sapientia filij in Hæreticorum cõuerſione, ideo dicitur; (Eccleſia.) *In euertendis hæreticis Albigenſibus, ſeptem conſumpſit annos.* Denique bonitas Spiritus ſancti, inflagrãti amore erga proximum; vndè laudatur his verbis. (Eccleſia.) *Tanta autem erga proximos charitate deflagrabat, vt vix verbis exprimi poſſit*; igitur Dominicus ſpeculum, & imago bonitatis illius.

Sed mementote, ò Docti de illa veteri quæſtione, quę his temporibus non ſolùm inter philoſophos, ſed inter Theologos adhuc in dubium vertitur. An in ſpeculo videatur ſola imago. An imago ſimul cum obiecto. An verò ſolùm obiectum. Seneca eam propoſuit, ſed indoſſolutam reliquit. (Seneca lib. 7.natur.c.8. Cãtuar. lib. 2. proſpect. c.3.contr.5.) Alij verò affirmarunt, quod ſola imago, ibi apparet. Verum Angelicus Doctor. (D.Th qu.8. de verit.a.5.) Eminentiſſimus Gaetanus. (Gaet. 1.p.q. 56.art.3.) Subtiliſſimus Scotus docent, (Scotus in 2. diſt.13.q.1.) quod eodem tempore videtur imago, & obiectum. Apollinaris verò, & Riccardus, & Vitellius contrariam opinionem defendunt, (Riccard. in 4 diſt.11.q. 1.) nempè, quod ſolum obiectum inſpicitur, à quo viua imago impreſſa fuit. (Vitell. lib.2. proſpect.) Nos autem inter tot diuerſas ſentẽtias, & opiniones, mediam ſequimur viam, ſcilicet, quod pro noſtro exemplari, Dominicus Patriarcha

cha ſolam Imaginem Diuinæ Bonitatis exhibet: quam ſententiam affirmat Dominicana
Eccleſia: Eccleſia dicens, *Datum hunc cæleſtem virum mundo, ſingulari Dei beneficio, tanquam pulcherrimum cunctis rectè viuendi propoſitum exemplar.* Et ſicut Heliotropium, motibus, & ſignis in pulchrum transformatur Solem, itaque tanquam ipſius æmulator, ſurgit, quando Sol oritur: ſubleuatur quando Sol in altum aſcendit: Erigitur quando Sol eſt in maiori ſummitate: flectitur, quādo Sol declinat: cubitat ſuper terram, quando Sol mergitur in mare. Simile dicitur de Patriarcha Dominico, qui velut Heliotropiū transfigurauit ſe, in æterni Solis modum. Dominicus, quaſi Sol refulgens, refulſit in Templo Dei. Vndè verba Apoſtoli Pauli, ipſi conuenire certum
2. Ad Cor. 3. eſt, ſcilicet. *Nos verò reuelata facie gloriam Dei ſpeculantes in eandem imaginem transformamur:* & hoc quidem ipſamet Ec-
Eccleſia. cleſia docet. *Nouus Athleta Domini collaudetur Dominicus, qui rem conformat nomini;* quia, vt alij aſſerunt. *Dominicus à Domino dicitur.*

De Imperatrice verò Vniuerſi, MARIA ſemper Virgine, læ-
Eccleſia. tanter canit Eccleſia, *Speculum Iuſtitiæ.* Vndè ſi Theologos interroges, quid ſignificat hoc nomen, Iuſtitia; reſpondebunt, quod in Iuſtitia eſt omnis Virtus; quapropter Sancti, qui ſunt omni virtute decorati, iuſti vocantur. Aduertit hoc Diuus Am-
Amb. lib. 2. in Lucam. broſius dicens. *Habet Sanctorum edictio, lætitiam plurimorum, quia commune eſt bonum: Iuſtitia enim communis eſt virtus.* Maria igitur eſt Speculum Iuſtitiæ, quia omnes virtutes exhibet, iuxta illud Ambroſij. *Sit vobis tanquam in imagine deſcripta Virginitas, Vitaque Beata Maria, de qua vt in ſpeculo refulget ſpecies Caſtitatis, & forma virtutis;* nō inquit hæc, vel illa virtus, ſed nomine vtitur indefinito, quod ſecundum Logicos æquiualet vniuerſali, & ita tantum eſt dicere forma virtutis, quantum omnium virtutum.

Affirmat Diuus Antoninus, vt diximus ſupra, quod glorioſus, & inclytus Pater Dominicus natus eſt à corde Patris di-
cens, *Sanctum verò Dominicum ex pectore eius, vbi cor reſpicit exilientem:* ergò ſpeculum omnium virtutum; quas non oportet modo omnes ſigillatim oſtendere, nam pro omnibus ſufficit Eccleſiæ teſtimonium dicentis, *Verum tanti viri virtutes propemodum incredibiles, nulla humana lingua enumerare ſufficiat:* nihilominus ſi ſingulatim eas cupitis, fruibiles ſunt, & præcipuè reſplendent in eo. Humilitas, Virginitas, Paupertas, Pœnitentia, Charitas erga proximum, Loquendi parcitas, Mundi contemptus. Humilitas; *Fuit in eo rara Humilitas.* Virginitas: *Virginitatem mentis, & corporis illibatam conſeruauit.* Paupertas: *Pauper in peculio, diues vita pura, paupertatis pretio, cæli tenet iura* Pœnitentia. *Abſtinentia rara, catena ferrea ſingulis noctibus acriter corpus affligebat.* Charitas erga proximum: *Tanta erga proximos charitate deflagrabat, vt vix verbis exprimi potuit.* Loquendi parcitas: *Linguæ obſeruantiſſimus cuſtos.* Mundi contemptus: *Mundum calcans ſub pedibus, manum miſit ad fortia.* Et ſi de Glorioſiſſima Virgine legitur, *Beata Virgo pulcherri-*

D. Anton.

Eccleſia.

cherrima, à nullo potuit concupiſci, & omnes motus illicitos extinguebat. De Diuo Dominico habetur; *Ita Dominici Virginitas, omnem concupiſcentiæ æſtum, ex oſculo manus ſuæ extinxit. Maria fuit confirmata in gratia in Annunciatione*. Et Dominicus Guzmanus in ſui Ordinis confirmatione, eãdem obtinuit gratiam, ideò dicitur; *In inſtitutione ſui Ordinis, confirmatus fuit in gratia.*

De Tygride naturales ſcribunt, quod tunc magis citò currit, quando ſyluoſi venatores, ſuos furantur partus, necque alio inſtrumento detineri poteſt, quam in via ſpeculum figere, in quo intentis oculis aſpiciens, à propria imagine videtur decepta, vbi filium videns, iram cohibet; bracchia extendit, vbera detegit, & deoſculando, ipſum lactat, illicò vindictam proléq; amittit. Sic ſimiliter erat contra peccatores, accenſus ira, iuſtus Deus Iudex, dum ei gloriam ſurripuerant. Angelis, ſocios, ipſiſmet gratiam; idcircò per Prophetam Oſeam proferebat; *Occurram eis, quaſi Vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum*. Legit Vatablus, *Lacerabo pertinax Cor eorum*. Igitur quale Cor eſt, ita lapideũ, quod ſalutare hoc non grarificabit alleuiamentum? Eia fige ſuper cor tuum puriſſimum ſpeculumglorioſiſſimæ Virginis Mariæ, cum viua tamen imagine Patriarchæ Dominici, & ſtatim ſecurus viues; iuſtamque æterni Iudicis iram placabis, atque hilarè decantare poteris. *Benedictus Redemptor omnium, qui ſaluti prouidens hominum, mundo dedit Sanctum Dominicum*. Et certè Inclytus Dominicus noctc cæli ad mitigandam Dei iram, ſua Duce ſtella perluſtrabat limina. Die terris, dabat verbi ſemina, ideſt Roſarij ſemen, in terra obſtinatorum, die ſeminabat; quod quidem Roſarium amanter cum ipſo ſydere, pro animæ contendit ſalute. En eius figura.

Oſea ca.

Vatablus.

Eccleſia.

Ferdinãdus Celentanus in cõtenſione inter Stellam, & Roſam.

Roſis ſydus amoris ornat axem,
Syderis Roſa picta luce ludet:
Inter ſydera vernat alter, inter
Flores, altera riuia ſyderites.
Cælo promicat ille, & illa terris
Lucis ſignifer ille, & illa veris
Nocturna vice ſydus, hac diurna.

Eſt etiam Dominicus Patriarcha, perfectionibus Angelorum condecoratus, qui tanquam verax illarum ſpeculum, ipſiſmet imperat Angelis. Vndè duæ sũt, meo videri iudicio, principales Angelorum prærogatiuæ, ſcilicet puros, & innocentes eſſe, ac voluntatis Dei obedientes miniſtros. *Miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius*, affirmat Pſalmiſta. Sed ſi de Dominici Patriarchæ puritate, & innocentia loquamur; audite glorioſum Patrem Diuum Antoninum. *Dominicus, innocentiam baptiſmalem, nunquam per mortale peccatum amiſit*. Si de Obedientia, en diuinum Oraculum: *Dominicus, omnia, quæ operatus eſt ab infantia, vſque ad terminum vitæ, ſecundum obedientiam man-*

Pſalm. 102.

D. Ant.

datorum meorum regulata fuerunt. Patientiſſimus verò Iob docet experientia, quod Deus in ſomnis fecit Angelos apparere,
Iob.cap.33. ita capitulo trigeſimo tertio. *Per ſomnum in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, inſtruit diſciplina*. Eodem modo
Gen ca.15. loquutus eſt ad Abraham; *Sopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus, & tenebroſus inuaſit eum.* In hoc ſtatu erat Iacob, quando ipſi oſtenſa fuit myſterioſa ſchala.
Gen. 28. *Vidit in ſomnis ſchalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum, Angelos quoq; Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam.* Hoc tempore, etiam viſus eſt à ſponſo Ioſepho. *Ecce*
Matth. c.5. *Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph.* Sed ò mirum, cæleſti Dominico, in hoc Cælo Virgineo, non in ſomnis Angelus apparuit; Verum, felici hora, qua ipſe in communi menſa, cum ſuis edebat fratribus. *Fratres his Angelicis manibus paſti panis diuinitus multiplicatus.* Ratio eſt, quia Amor cæleſtis non libenter ſomnis cædit; *Imò voluitur indè thoro, quoniam ſub pectore pernox ſenit Amor.* De Diuo Dominico, legitur; *Pernox cum Chriſto, pro-*
Petr. Afric. *prium non poſſidebat lectulum* Sed quid mirum, ſi Amor omnibus ſubijcitur, excepto ſomno. Apparuerunt ergò in hoc Virgineo Cælo Angeli, cæleſti Dominico, dum vigilabat, vt oſtenderent, quod Amor Dei, erga alios Sanctos erat, quaſi ſomnum, reſpectu illius eximij amoris, erga Beatiſſimum Dominicum. Ec-
Eccleſia. cleſia. *Oranti enim, & amore diuinorum ardentius aſtuanti, adſtitit pulcherrimus iuuenis humana ſpecie maior, his cum verbis allocutus, Veni dilecte, & in vera gaudia ingredere.*

Vel aliter dicamus, quod his apparitionibus vſus eſt, propter quandam prærogatiuam, quam ſuper alios Sanctos habuit noſter Pater, & Patriarcha Dominicus, Vndè ſi Hypocrites non decipit, principalis ratio, quare Dei prouidentia ſolet, tempore, quo ſomnum, ſeu ſopor ſuper homines irruit, ſecreta cæleſtia reuelare, eſt, quia illa hora animus, abſque vlla difficultate promptus eſt, atque magis diſpoſitus ad quodcunque myſterium percipiendum. En verba Hypocritis. *Quia habilior* Hypocr.
animus videtur in ſomno ad percipiendas diuinas reuelationes. Contrarium verò per diuerſas occupationes, & negotia in vigilijs experimentatur: nihilominus conſequentia clara eſt, quod Patriarcha Dominicus, magis erat cum Deo intrinſecus, & vnitus, tempore quo, in hoc Virgineo Cælo vigilabat, quam omnes alij Sancti, quando à ſomno erant oppreſſi. Conueniens ergo erat, quod ipſi peruigilanti, Angeli apparerent. *Video plusquam ducentos Angelos circa Conuentum*; atque adeò præter ſecreta cæleſtia ei reuelata, quaſi qualibet hora æterna lux illi præſens erat. Eccleſia; *Domini-* Eccleſia.
cus ſemper cum Deo, aut de Deo colloquebatur, ac vix de alijs rebus illi ſermo erat.

Et quid aliud eſt Virginitas, quæ in diuino Dominico mirè reſplendet, niſi clarum chryſtallum, atque ſpeculum ſine macula, in quo perfectè inſpicitur immaculati Agni viua imago. *Effigies Dei*, dixit Tertullianus, Tertull.
quia

quia illorum vita, eſt vita, quæ clarè vitam repræſentat Dei. Chryſoſtomus, *Inditium Patris*; nam in eorum operationibus, Aeterni Patris originem indicāt. Ambroſius; *Diuinitatis interpres*, quia in ipſis effigiata perſpicitur diuina Natura, Auguſtinus, *Pictura Deifica, quæ humanis greſſibus portabatur*: ſunt enim Virgines pictura perfectionis diuinæ eſſentiæ; Sapientia, *Speculum ſine macula, Dei Maieſtatis*, quia ſicut docet Tertullianus, *Nulla res ſpeculum alterius rei adeſt, non coequalis*; ideſt, nemo in ſe ipſo differens in ſpeculo videtur; ita Pater Aeternus ſe aſpiciebat in Diuo Dominico, Virginum ſpeculo. Et quemadmodum imago, ſeu figura, quæ in chryſtallo apparet, mouetur, quando mouetur obiectum; fixa manet, quando illud permanet; ſedet, quando conſidet, transformaturque in ipſius motu, geſtu, & actu. Ita ſunt Virgines, quæ ſpeciali prærogatiua diuini ſequuntur veſtigia Agni. Sequuntur Agnum, quocunque ierit: pari modo imago, ſpeculum ſequitur. Et Dominicus imago Dei per Virginitatem, ideo ſpeculum ſanctitatis, ideſt ſpeculum Dei maieſtatis. Confirmat Diuus Cyprianus dicens; *Virginitas flos eſt eccleſiaſtici germinis, decus, atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, Dei imago, reſpondens ad ſanctitatem Domini, laudis, & honoris, opus integrum, illuſtrior portio gregis Chriſti*. Hac præclara virtute, Dominicus, ſui dilectiſſimi Ieſu, veſtigia ſequēdo, mirabile hoc documentum, ſuis Alumnis, atque toti mundo reliquit. Teodoricus, ita narrat; *Dixitque Dominicus Fratribus ſuis, En vſque in hanc horam carne incorruptum, me Dei miſericordia ſeruauit, illibatamque mihi Virginitatis munditiam cuſtodiuit. Quæ, vt etiam in vobis inuiolata permaneat, fæminarum omnium, ſuſpecta vitate conſortia, ea retenta ſeruus Chriſti, vita, paupertate, gratus Chriſto, & bonæ famæ odore, fructuoſus erit proximis. ſi Spiritus feruor ſemper maneat in vobis, & feruenti Spiritu Deo perpetim ſeruite, promouendo, & propagando huic ordini ſitis intenti, ſtabiles in ſanctitate, perſeuerantes in monaſtico inſtituto, & virtutum omnium incremento.*

Chryſoſt.
Ambroſius.
Aug.
Sap.
Tertull.
Lib. de habitu Virg.
Teod.

Sed Diuus Thomas Angelicus, qui tanquam obediens filius, numquam à doctrina ſui Patris, & Patriarchæ Dominici ſeparatus eſt: docens modū quomodo veniendum eſt ad vitam æternam. *Reſpōdet per viam perfectionis*: Et quęnam eſt iſta perfectio? ſubdit, *Et hoc quantum ad continentiā*. Innuere voluit Angelicus Doctor, quod medium efficax ad glorię conſequutionem eſt, eſſe continentem, & caſtum. Et quamuis matrimonium ſit Sacramentum; nihilominus magis perfecta eſt virginitas; nā per eam, facilius anima itur ad cęlū. Vnde ſi diſcipuli hoc propoſuerunt argumentum: nempe ſi ſic eſt, non expedit nubere. Reſpondit Chriſtus, vt inquit Luca Burgenſis. *Rectè quidem ſentitis, perferri certe meretur virginitas, & celebs caſtitas nuptijs*, & addit, ſecundum eundem Burgenſem. *Pauci tanta virtute erunt prediti*. Dicit enim Diuus Gregorius libro primo ad Iouinianum. *Omnia opera abſq; virginitate, imperfecta ſunt*. Quare cōcludit Chriſtus, *Sunt aliqui, qui ſunt Eunu-*

D.Tho.2.2. q.15.2.ar.3.
Burg.
D. Gregor.

chi per natura defectum. *Alij per eorum diligentiam*. *Alij per electionem,& iſti liberè ſe caſtrauerūt*; ideſt, exponit Eminentiſſimus Gaetanus voto Virginitatis: *Caſtratio enim non tantum dicit abdicationem vſus, ſed etiam poteſtatis*. Dicat ergo Chriſtus, *Qui poteſt capere, capiat*. Pollicendo tamen pręmia, coronas, atque gratiā. *Ponitur* (docet Burgēſis) *exhortatio,vt ait Hieronymus;facit Dominus, ſicut Dux in exercitu, qui quando eſt capienda Ciuitas dicit, qui intrabit Ciuitatem, dabit ei hoc: ſic qui poteſt continere, capiat, & non retrahat ſe*. Sed ecce magnus Dux Guzmanus, qui ſuos validos,ac ſtrenuos filios clypeo Virginitatis,& Caſtitatis,ad cęleſtis capitolij acquiſitionem inuitat,dicens. *Filij,en vſque in hāc horam, carne incorruptū, me Dei miſericordia ſeruauit,illibatamque mihi virginitatis munditiam cuſtodiuit, quę vt etiam in vobis inuiolata permaneat,fęminarum omniū ſuſpecta vitare conſortia*.

Gaetanus. Borg. Hier.

Amplius, ſpeculum eſt cōpoſitum ex plumbo, & vitro, ita vt vnum abſque alio nō poteſt cōficere ſpeculum:quæ duę res in Dominico virginitatem, & humilitatem ſignificant:Nam plūbum,quod inter metalla vilius eſt,humilitatem indicat,quę reſpectu aliarum virtutum vltima eſt;at in Dominico Patriarcha *Rara Humilitas eluxit*. Vitrum ſplendens,ac perlucidū,eſt Virginitas, quę mirificè in Beato Patre Dei munere perluxit. Ambæ iſtæ Virtutes præclariſſimum ante Dei conſpectum, Dominicum præſtiterunt. *Et ſicut radius Solis*, ait Magnus Pater Auguſtinus, *ſpeculum penetrat, non tamen ipſum violat, nec frangit, imò magis perlucidum reddit*; ita ſpeculum Inclyti Dominici, iam in ſua conceptione à Sole Iuſtitiæ penetratum, non verò violatum, dum in fronte cum ſtella naſcitur; *Stella micans in fronte paruuli, nouum iubar præmonſtrat ſæculi*. Auguſtinus; *Solis radius ſpeculum penetrat, & ſoliditatem eius inſenſibili ſubtilitate pertranſijt, & talis videtur extrinſecus, qualis intrinſecus, quia in ingreſſu, & egreſſu eius,integrum perſeuerat ſpeculum*.

Auguſt. Eccleſia. Auguſt.

Nihilominus erat, ita vehemens, & immenſus ignis Charitatis diuinus, in Patriarcha Dominico, vt ipſum Confeſſorum ſpeculum oſtenderet, quod videbatur, velut alter Deus amoris, & poſſet antiquum proferre prouerbium, nimirùm; *Amicus ſpeculum*, ideſt, quod verus, & fidelis amicus, fido aſſimilatur ſpeculo, in quo non corpus tantùm mortale videtur, ſed animus, atque alterius amici affectus, ideò Dominicus viuendo, *Quamuis ſalutis animarum ſitiens Ceruus*; vita Chriſti viuebat. *Viuo ego, iam non ego, viuit in me Chriſtus*; & tanquam puriſſimum ſpeculum facilè in eo poterat, aliorum vitam contemplare. Teodoricus. *Satagebat igitur Dominicus, totis viribus, votis, gemitibus, vigilijs, ieiunijs, orationibus, concionibus, laboribus, diù noctuque, opportunè, importunè inſiſtendo, vt ex Dei benignitate dignus fieret, qui ſe penitus impenderet pro animarum ſalute*. Quapropter complacuit Deus, inter tot homines, Dominicum eligere, ſuum dilectum filium, atque fidum amicum, qui inſtar ſpeculi, mirabiliter à ſe formatum, in eius anima, omni virtu-

Eccleſia. S. Paul. Teod.

te

te condecorata, ipſum exhiberet. Teodoricus. *Flagrabat in Dominici pectore charitas, quã nemo habet maiorem, cupiens ad Dei accedere ſimilitudinem, & conformis effici imagini filij Dei*. Et Apoſtolus Paulus de Verbo loquens, ait; *Qui eſt imago Dei, ideſt Chriſtus eſt imago Patris*: & Dominicus voluit effici conformis imagini filij Dei. Diuus Paulus. *Quos praeſciuit, & predeſtinauit, conformes fieri imagini filij ſui*. Vbi Origenes. *Anima mea ad ſimilitudinem imaginis prioris effecta eſt, vt ſit imago imaginis: vnuſquiſque noſtrum ad imaginem Chriſti formans animam ſuam aut maiorem, aut minorem ponit imaginem*. Vndè aduertendum eſt, quod non ſolùm Inclytus Pater Dominicus, voluit eſſe conformis imagini Chriſti; ſed etiam in ipſa conformitate alios excedere Sanctos; idcircò de eo canit Eccleſia; *Mira Chriſti praſignas gratia*: ideſt, quod eius gratia inter omnes fuit ſingularis, & mirabilis. Ratio verò, quare Dominicus voluit conformis fieri imagini filij Dei, eſt iſta, quia dum iuſti, ſunt imagines filij Dei; ipſe, qui inter omnes gratia fuit ſingulari ornatus, propter conformitatem, & vniformitatem perſonæ Chriſti, eſſet etiam in hoc cælo Virgineo imago, & ſpeculum iuſtorum, ſicut, & ipſe Chriſtus. Origenes *Quando igitur grandem fecero imaginem imaginis, & magnificauero eam, opere, cogitatione, ſermone, tunc imago Dei grandis efficitur, & ipſe Dominus, cuius imago eſt, in anima magnificatur. Dominicus potens opere, & ſermone, cupiens ad Dei accedere ſimilitudinem, & conformis effici imagini filij Dei, tanquam pulcherrimum cunctis, rectè viuendi propoſitum, datum exemplar*. Et ecce Dominicus iam à Deo donatus mundo pro mundi gloria, ideſt pro ſpeculo Sanctorum, & hominum ſalute. *Benedictus Redemptor omnium, qui ſaluti prouidens hominum, mundo dedit Sanctum Dominicum.*

Teod. | Colo. 1. | Coloſ. 8. | Orig. | Eccleſia | Orig. | Eccleſ.

Et ſi iuſtorum eſt ſpecialis prærogatiua, mortificatio, & pænitentia, quis magis pænitẽs Dominico? *Abſtinentia rara, carnes nunquam edebat, ieiunia, nec æger ſoluebat. Pernox cum Chriſto, proprium non poſſidebat lectulum, poſt lachrymarum fluuium, vix humidans corpuſculum. Catena ferrea ſingulis noctibus, adeò acriter nudum corpus affligebat, vt ſanguis riui defluerent, terramque pio cruore rigaret*. Et ſi centum, & mille encomia ab Eccleſia Confeſſoribus tribuuntur, hæc eſt magis digna laus, nempè: *Non eſt ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi*. Et Diuus Antoninus de cæleſti viro Guzmano affirmat; *Dominicus ab infantia vſque ad terminum vitæ, nec vnquam aliquid præceptorum tranſgreſſus eſt*. Vndè ſi Apoſtolo Paulo fidem præſtamus. *Quod plenitudo legis eſt dilectio, & qui diligit legem, impleuit, quia in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum, ſicut te ipſum*. Quanta rarò fuit charitas, & Dominici Amor erga proximos, ſubſequentia contemplate verba. *Tanta autem erga proximos charitate deflagrabat, vt vix verbis exprimi poſſit: adhuc adoleſcentior, cum mulier apud ipſum, fratris apud Saracanos captiui, erumnas, & infortunium defleret; ſe pro fratris redemptione vendendum*

D. Ant. | Eccleſia.

dum libentiſſimè obtulit. Imò per eandem rationem. *In euertendis Hæreticis Albigenſibus, ſeptem conſumpſit annos.*

Quod Patriarcha Dominicus, poteſt per copioſam ſui ſanguinis effuſionem, inter Martyres
Hier. epiſt. Salu. numerari; & de ipſo dictum Hieronymi verificari, ſcilicet, *Similitudine Morum, per ſpeculum carnis, erumpens, vt eſſet Martyrum*
Alex. 3. *perelegans ſpeculum*, habet in ſui fauorem decretum Alexandri Papæ Tertij dicentis. *Vt conſidamus martyrium quoq; & merita obtinere Sanctorum*, quia conſtat per totam vitam, longum duxit martyrium. Huius martyrij inſtrumenta fuerunt; ieiunia, cilitium, flagella, quæ ſingulis noctibus adeo acriter nudum corpus affligebant, vt ſanguinis riui defluerent. Modo dico in tot annis, quantum ſanguinis fudit? His conſideratis, planè dici po-
Aug. ſer. de S. Lau. teſt, pluſquam Martyr. Auguſtin. *Nam qui gladio perimitur, ſemel moritur, qui flammeum camino mergitur, vno impetu liberatur, hic autem longa, & multiplici pœna cruciatur, itaut mors adſit ad ſupplicium, ſed deſit ad finem, mors, & vita duello conflixere mirando.* Scitis, quare maguus Guſmanus ſpeciali gloria eſt in hoc Virgineo Cælo Coronatus, quia nō fuit, ſicut, & cæteri, vt Ioannes Bapt ſta, Apoſtolus Paulus, Diuus Iacobus, alijq; quamplures, qui vno enſis ictu vitam feliciter amiſerunt; ſed longa, & multiplici pœna cruciatus, itaut mors aderat ad ſuppliciū, ſed deerat ad finem, ideò maiori gloria
Teod. eſt præferendus. Confirmat Teodoricus dicens: *Martyrij deſiderio Beatus Dominicus vltra mare proficiſci decreuerat, ſi fortaſſis tandem poſſet illi obtingere, vt in Dei voluntate moreretur, quod tantopere deſiderabat: at verò Omnipotens Deus, qui pia aſpirat vota; Sanctum Vas electionis ſuæ in domo ſua magna in honorem, & vtilitatem conſtituit, vt ex illo pocula vitalis gratiæ præberet multorumq; ſaluti, ſic ille proficeret, vt tamen Corona martyrij non fraudaretur. Sic enim Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Ioannes* Ioan. Euan.
Euangeliſta præcipuus, Calicem Domini bibit, tamen ſi ſanguinem non fudit, quod animo mortis ferendæ prompta voluntas non deeſſet, ita Sanctus Dominicus propter ardentiſſimum patiendi deſiderium, palmam martyrij non ammiſit: Taceo, quod quotidie crucifigebat carnem, & mortificabat membra ſua, immodica auſteritate; ſpiritum affligebat dolore, & commiſeratione erga animas iugiter pereuntes.

Roboratur præcedens ratio, & dico, quod cum Martyrium ſit actus fortitudinis; Dominatur à Charitate, ad hoc, vt ſit meritorium vitæ æternæ, ideò inquit Apoſtolus. *Si tradidero corpus* S. Paul.
meum, itaut ardeam, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Quod affirmatur ab Angelico Diuo Thoma 2.2. quæſt. 124. S. Thom. 2.
art. 2. vbi habet. *Martyrium eſt* 2. q. 124. ar.
actus Charitatis, vt imperantis; 2.
quod autem ſit meritorium, hoc habet ex Charitate; Itaq; tota martyrij perfectio, eſt à Charitate, quæ eſt vinculum perfectionis. Eminētiſſimus Gaetanus inquit, Gaet.
Quod Beata Virgo, quamuis non mortua eſt Martyr, tamen eius actus amandi Deum, fuit magis meritorius, & magis perfectus cuiuslibet martyrij cuiuſcunq; Martyris. Ita Dominicus Patriarcha, non fuit Martyr, ſicut, neque Apoſtolus Ioan-

Ioannes, & Beata Virgo, tamen non carent merito, & martyrij perfectione. Dilemma, ſeù Argumentum Eminentiſſimi Gaetani eſt huiuſmodi: *Meritum martyrÿ à Charitate pendet; igitur qui maiorem habet Charitatem, maius habet meritum; Sed Beata Virginis Charitas, omnes ſuperauit alios; ideò eſt magis meritoria, magiſq; perfecta*. Actus Charitatis Diui Dominici adiunctus cum flagranti auiditate martyrij, fuit perfectiſſimus, Coronæq; meritorius, itaut canit; Eccleſia *Flagrabat in Dominici pectore ingens Charitas, ac ſalutis animarum ſitientiſſimus, martyrÿ quoq; cupidiſſimus fuit*. Vnde concludit Vincentius Beluacenſis. *Cum autem Beatus Dominicus, aliquando pertranſiſſet locum, in quo ſcilicet ſibi ſuſpicabatur inſidias poſitas, nō ſolum intrepidus, verum etiam cantans, & alacer incedebat, audientes autem hæc Hæretici admirantes eius coſtantiam inconcuſſam, dixerunt ei: nunquid tu non mortis horrore concuteris? quid acturus eras ſi nos comprahendiſſemus te? at ille rogarem vos inquit, nè mihi breui compendio mortem inferretis, ſed paulatim membra ſingula mutilantes corpus, permitteretis ſic cruentum, in ſuo ſanguine volutari.*

Eccleſ.

Vinc. Belu. lib. 28. ſpec. c. 104.

Nec minus reſplendent in eximio Patre, & Patriarcha Dominico, Mirabili Apoſtolorum Speculo, ſublimes eorum prærogatiuæ; itaut ſi de Spiritus Sancti donis, & gratijs legitur, quod Apoſtolis aduenerunt, tunc quādo factus eſt repente de Cælo ſonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, itaut loquebantur varijs linguis. En cæleſtis Dominicus eiſdem donis, & gratijs laureatus, vt docet Diuus Antoninus. *Semel oranti Romæ Beato Dominico in Eccleſia Sancti Petri, ſtatim Spiritus Sāctus, in ſimilitudinem linguæ igneæ apparuit, ſuper caput Beati Dominici; vnde in gratia, & ſapientia confirmatus eſt. Habuit etiam iuxta eundem Patrem Diuum Antoninum, donum linguarum. Beatus Dominicus donum linguarum, accipit à Spiritu Sancto. Cum de Toloſa euadens Pariſios, quoſdam peregrinos obuios habuit in via, diuerſorum idiomatum, quibus euangelizauit Ieſum, ſecundùm eorum idiomata, loquens eis, & intelligens eos.* Et Dominicana Eccleſia paucis enarrat verbis, Dominici encomia prædicans. *Dominicus Vir planè Apoſtolici pectoris, ac ſpiritus.*

D. Ant.

Eccleſ.

Verum magnam reperio inter duos Præcurſores circa eorum Natiuitatē cōpetentiam. Ioānes Baptiſta eſt de quo dicitur, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*; Quem locum explicans Diuus Ambroſius, de Ioannis ſanctificatione, in vtero materno intelligit. *Ioannes intra Eliſabeth Matris viſcera Spiritu Sancto repletus exultat, & vt nullus inter natos mulierum maior ſit, prius ſenſit initia gratiæ, quam naturæ.* Alter eſt Magnus Dominicus, cuius Natiuitas, reſpectu Ioannis, non minora continet elogia. Conſiderate verba, nimirum. *Matri ſuæ per Spiritum Sanctum in ſpecie catuli, accenſam faculam in ore baiulantis moſtratus eſt.* Signum verò Spiritus Sancti gratiæ, ac ſanctificationis eius, in materno aluo, eſt ſtella, cum qua in fronte natus eſt. En Authoritas. *Dum ipſum ſe Sacro fonte lauaret, ſtellam lucidiſſimam in fronte geſtans per Spiritum Sanctum demoſtratus eſt.* Vnde in ſe-

Ambr. lib. 2. de Virg. c. 3.

Leon. de Vtin.

cundi

Eccleſ. cundi Præcurſoris laudem concludit Eccleſia. *Dominicus fidei columen, Euangelij Tuba, Orbis oculus, Chriſti Lucerna, Secundus Præcurſor, ideſt Dominicus, ſecundus Præcurſor, nempe Secundus Ioannes.* Quia ſi de Ioanne legitur: *Venit prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ.* De inclyto Dominico. *Ad hoc miniſterium à Deo miſſus eſt.* Si de Ioanne. *Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius.* De Beato Dominico. *Salutis animarum ſitientiſſimus.* Si de Ioanne: *Venit parare viam Domini.* De Patriarcha Dominico. *Euangelij Tuba.* Si de Ioanne. *Parauit Lucernam Chriſto meo.* De Diuino Dominico. *Chriſti Lucerna.* Si de Ioanne. *Prius ſenſit initia gratiæ, quam naturæ.* De Cæleſti Dominico. *Matri ſuæ per Spiritum Santum, in ſpecie catili moſtratus eſt.* Probè igitur Authoritas Pontificia, ſua euoluẽdo elogia, pro ſecundo acclamat Præcurſore dicens. *Dominicus, Secundus Præcurſor, ideſt Secundus Ioannes.*

Et ſi Altiſſimus Agricola, in Saero Horto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſpecioſos Virtutum flores plantauit; voluit quod vnuſquiſque Sanctus, pro vno tantum valeret. Nihilominus cupidus de ſuo dilecto Dominico, Sanctorum Speculo, mirificas oſtendedere glorias; decreuit, vt omnipotenter, omnibus fulgeret virtutibus, vt clarè verificaretur. *Non inuentus ſimilis illi in gloria.* Attende, ò Lector, probationem, & dic, quid appetis? Cupis nè florem innocentiæ. *Ecce Abel.* Et de Athleta Dominico habetur. *Dominicus florem innocentiæ Baptiſmalis, nunquam per mortale peccatum ammiſit.* Deſideras Orationem. *Ecce Enoch.* De Beato Dominico. *Modo ingenua procumbens, modo toto corpore, proſtratus orabat.* Optas fiduciam. *Ecce Noè.* De Magno Dominico. *Aliquando audita ſit vox eius egregiè confidentis in Domino, nihil vnquam à Deo poſtulaſſe, quod pro voto non impetrarit.* Cõcupiſcis fidem. *Ecce Abraam.* De Diuo Dominico. *Fidei columen, Orbis oculus.* Vis obedientiam. *Ecce Iſaac* De Patriarcha Dominico. *Obedientiæ exactiſſimus obſeruator.* Diligis animi magnitudinem. *Ecce Iacob.* De Cæleſti Dominico. *Inde, quo proficiſcor, vtilior vobis ero.* Appetis puritatem. *Ecce Ioſeph.* De dilecto Dominico. *Puritatem tum corporis, tum animi, integerrimam perpetuò coluit.* Amas manſuetudinem *Ecce Moyſes.* De duce Dominico. *Singulari animi, corporiſq; demiſſione, ſemper habitus.* Cupis dilectionẽ inimici. *Ecce Dauid.* De caro Filio Dominico. *Nullus eum vnquam animo commotum, iratum, aut perturbatum aſpexit.* Deſideras patientiam. *Ecce Iob.* De Dominico Guſmano. *O lumen Eccleſiæ, Doctor veritatis, roſa patientiæ.* Quæris ſapientiam. *Ecce Paulus.* De Præcurſore Dominico. *Aquã ſapiẽtiæ propinaſti gratis, prædicator gratiæ nos iunge Beatis.* Procures fortitud nem. *Ecce Laurentius.* De Diuino Dominico. *Frangit hoſtes; & fugat agmina, nulla frangunt Sanctum diſcrimina.* Audes amorem. *Ecce Sponſa. Amore langueo.* De Prædicatore Dominico. *Ingenti amore deflagrabat.* Prætendis humilitatem. *Ecce Beatiſſima Virgo. Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ.* De eximio Dominico. *Rara humilitas.* Langues vitam contemplatiuam. *Ecce Magdalena.* De

egre-

egregio Dominico. *Noſte Cœli perluſtrans limina*. Concupiſcis vitam actiuam. *Ecce Martha*. De zelante Dominico. *Die terris das verbi ſemina*: Ergo ſi innocentia Abel. Oratio Enoch. Fiducia Noë. Fides Abraham. Obedientia Iſaac. Animi magnitudo Iacob. Puritas Ioſeph. Manſuetudo Moyſis. *Dilectio* inimici *David*. Penitentia Iob. Sapientia Pauli. Fortitudo Laurentij. Amor Sponſæ. Humilitas Virginis. Vita contemplatiua Magdalenæ. Actiua Marthæ. Quæ omnes virtutes in iſtis Sanctis diuiſæ: collectiuæ, vt dixi, iuſta Cæleſtis Agricolæ voluntatem, in puriſſimo ſpeculo, nempe Patriarcha Dominico mirè reſplendent. Ita dictum affirmat Vaticanum. *Deniq; omnia dicta, factaq; ſua, ad omnem Apoſtolicæ perfectionis normam exactiſſimè conformabat. Vt planè appareat, datum hunc cæleſtem virum mundo; ſingulari Dei beneficio, tanquam pulcherrimum cunctis rectè viuendi propoſitum exemplar; quam multiplces tātarum virtutum in Cœlo corona decorant.* Eccleſia.

Et ſi omnes Sancti proprium habent clypeum, per quem à particularibus tribulationibus ſuos defendunt deuotos; ſicut Diuus Blaſius, fauces ſanat. Vincentius Ferrerius, à febre liberat. Sancta Lucia, illuminat cœcos. Sancta Agatha, pectoris ſanat dolores, & alij. Omnes iſtæ prærogatiuæ, in alijs diffuſæ, maiori laude, ac pulchritudine in hoc cæleſti viro Dominico reperiũtur. Eccleſia. *Dominicus nihil vnquam ſe à Deo poſtulaſſe, quod non impetrarit.* Eccleſia. O elogia, ô encomia Patriarchæ Dominici, qui à te vnum petit, ne tanti amoris, & liberalitatis ſis ingratus, immò ei omni tempore agite gratias, in pueritia; quia eſt Cuſtos, in iuuentute, quia eſt Dux, in virilitate, quia eſt Sydus, in ſenectute, quia eſt Facula, in abundantia, quia eſt gratia, in paupertate, quia eſt fauor, in ſanitate, quia eſt donum, in infirmitate, quia eſt ſalus. Et ne mari te comparas, quod dulces recipit aquas, & reddit amaras, ita ſunt ingrati, qui dulcia beneficia in amaram vertunt murmurationem, quæ eſt animæ gladius, exitium meriti, mors virtutis, miniſter iræ, rebellator Dei; Eia, eia ergo inclama. *Magne Pater Sancte Dominice, mortis hora nos tecum ſuſcipe, & hic ſemper nos piè reſpice.* Eccleſia.

Narrat Plinius, *Quod aliqua reperiuntur ſpecula, quæ monſtruoſos repræſentant illos, qui in alys pulchri apparent ſpeculis*: immò de *ſpeculo in Templo Smirnæ dicato*: idem Plinius inquit: *Quod deformatos exhibebat ſpectatores*. O fidelis, ſcias, quod ſpeculo tuæ propriæ paſſionis intuens, luſſibus, & delectis decoratæ; certum eſt, tibi ipſi pulchrum oſtendebas; *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ*: ſed non conſideras, quod à fidelitate ſeparantur, ſpecula iſta, quæ talem te repræſentant? Appropinquas huic fideliſſimo Patriarchæ Dominici ſpeculo, & leges *Amicus Speculum*: attento animo aſpice illud, inueniesque, quam nimis ſis deformis: effectus huius viſionis erit, quod oculus, qui hæc inſpicit, fons lachrymarum euadet. Et ſicut Sol Oriens, tenebras expellit, ita pariter, ingrediendo diuinus radius deuotionis Diui Dominici, in ſecreto cordis tui, ſtatim peccatorum Plin. Pſal. 9.

tenebras depellet, & orietur puritatis, & bonitatis, tanquam ſerenus dies. In ipſo infinitas virtutum diuitias reperies, quæ nunquam deficient; honores, qui non inflant, voluptates, quę non faſtidiunt; iucunditates, quę non finiunt; Vita, quæ nunquam moritur. O te felix, ſi magnus iſte Patriarcha te proteget, quia omne bonum obtinebis; præcipuè ſua dulcedine, confortabit te, ſua luce, te illuminabit, ſua charitate, te vret, ſua deuotione, te paſcet, ſua ſpe, te lætificabit, ſua fide, te erudiet, ſua virtute, te ditabit, ſua humilitate, te exaltabit. Deducet te in via, vt cautè ambules, & in quo vis angulo, in quo vis diuerſorio, & in qualibet tua operatione, cuſtos tui erit, immò Magiſter, Pater, propugnatio, murus, antemurale, & arx. Eia igitur, diliges ex toto corde eum, vt amplexas vtile, damnoſumque depellas. Ambroſius. *Hinc ſumatis exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari, magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid timere debeatis oſtendit.* Amen. Guidus Caſonus, Ambro. lib. 2. de Virg.

Poca polue animata
Homo più toſto morte, che mortale
Queſta tua vita amata
Fango notturno, e frale Guido Caſoni.
Suaniſce, e queſto mondo
Che ſi vagheggi, in ſua bellezza, è immondo.

Tu proui ne' regali
Palagi, liti, am bitione, e inganni,
Nel ſuo albergo i tuoi mali
Trà domeſtici affanni,
Ne' tuoi campi fatica,
Nel mar fortuna, à tuoi deſir nemica.

Prigioſa vaghezza,
Se peregrini in pouertà mordace
Cura, ne la ricchezza
Hai ſimolata pace,
Te, dì te ſteſſo priui
Con moglie, e ſenza, ſolitario viui.

Senza figli ti duole
Eſſere ignudo tronco; e ſe diuenti
Padre di molta prole,
Proui milli tormenti
Sfrenato, e troppo ardente
Giouane, e vecchio ſei freddo, e languente.

Ricorri à DOMENICO, amoroſa fucina,
Oue ſon fabri, Amore, e Pietate
Lampo de la beltate,
Ciel, che ſoaue gira,
E vital foco, e immortal vita ſpira.

Lancia fatal d'Achille,
Che feriſce, e dà vita à veri amanti,
Arciere non errante,
Che ferendo co i guardi
Fà à voi ſteſſi, Arco, Faretra, e Dardi.

HIEROGLYPHICVS ANGELICI DOCTORIS DIVI THOMAE AQVINATIS

SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

CÆLVM VIRGINEVM.

FELIX THOMAS DOCTOR ECCLESIÆ, LVMEN MVNDI, SPLENDOR ITALIÆ, CANDENS VIRGO FLORE MVNDITIÆ, BINA GAVDET CORONA GLORIÆ.

Eccleſia :

ARGVMENTVM.

ANGELVS SAPIENTIÆ.

QVOD genus Oratoris, quamuis celebris, & illuſtris, inclyta ornamenta, infinitaſque pompas opacare poterit, quas Beatis Angelorum Spiritibus : Diuinus ille Artifex prodigus, & liberalis elargitus eſt? Ipſi non ſubiecti temporis mutabilitati. Veloces, vt hominum cogitationes. Potentes, itaut in ſacra pagina Altiſſimi manus appellati ſunt. Inimicos terrent, diſſipant exercitus, ciuitates euertunt, Imperia interturbant, & elementa à propria ſede radicitus euellunt. Vniuerſo Orbi, tãquam fidi internuncij, alati bellatores, ac Dei filij præſident. Comparantur ſtabilibus columnis, ſolertibus oculis, lampadi-

bus

bus accenſis, pretioſis gemmis, hyridi cæleſti, ſtellæ firmamenti, quæ purgant, illuminant, influunt, laudentque nomen Domini. Vocantur quoque Aquilæ, Aquæ, Nutrices, Cubicularij, Exercitus, Ignes, Leones, Spiritus; & Venti. Generoſæ Aquilæ, quæ æternum contemplant, Solem. *Aquila grandis magnarum alarum*. Aquæ, ſed ſupernæ, quæ iugiter ſuum laudant Creatorem. *Et aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini.* Nutrices, ſed amoroſæ, quæ ſuę protectionis lac diſtillant. *In manibus regum lactaberis*. Cubicularij, ſed fideles, qui aſſiduè Domini præſentiæ aſſiſtunt. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*. Exercitus, ſed Potentes contra noſtros inimicos. *Caſtra Dei ſunt hæc*. Ignes, ſed accenſi diuini amoris. *Qui facit Angelos ſuos ignem vrentem*. Leones, ſed elati contra Diabolum, Mundum, & Carnem. *Quaſi leones rugientes*. Spiritus, ſed inuiſibiles, quia ſubſtantiæ ſunt Beatæ. *Qui facit Angelos ſuos Spiritus*. Et venti, ſed mites, qui ab hac terreſtri mole, ad Paradiſi delitias nos feliciter conducunt. *A quatuor ventis venit Spiritus*. Caſonus.

Caſoni nell'ode,

Del Ciel Muſico, Nuntio, Hoſpite, Amante,
Libero, e pur non mai riuolto al male:
Mobile sì, mà nell'amor coſtante
Semplice, e immortale
Prole diuina, e pura
Del gran Fabro del Ciel prima fattura.

Verùm volens Faber ille cæleſtis, Glorioſi Angelici Doctoris Diui Thomæ Aquinatis, angelicas lineare prærogatiuas, diuerſis nominibus, cũ inſtar Angeli exornauit; nimirùm Aquilæ, Aquæ, Nutricis, Cubicularij, Exercitus, Ignis, Leonis, Spiritus, & Venti. Aquila, Thomas Angelicus, per altitudinem ſui volatus, in contemplatione Æterni Solis voluntatis diuinæ. *Diuinæ voluntatis Angelico interprete*, inquit Clemens Papa Octauus. Aqua, propter aſſiduam Chriſto Sacramentato laudem, de quo Thomas canit. *Pange lingua glorioſi corporis myſterium*. Nutrix, per lac ſuæ protectionis, dum dicitur. *Si fuerit pro eo Angelicus interpres, Deus miſerebitur eius*. Cubicularius, diuinæ Sapientiæ fidelis. *Quando Diuo Thomæ dubia occurrebant, ſtatim ab Angelo, vel ab Apoſtolis Petro, & Paulo ei viſibiliter apparentibus, de dubijs certificabant*, ait Vincentius Ferrerius. Exercitus terribilis, contra inimicos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. *Tolle Thoma, & diſſipabo Eccleſiam*, dixit Bucerus. Ignis, diuini ardens amoris, Angelicus Doctor. *Bene ſcripſiſti de me Thoma, quam mercedem accipias, non aliam, niſi teipsũ*: & illicò Thomas ignis diuini accenſus. Leo furibundus contra Diabolum, Mundum, & Carnem. *Thomas Mundi, Carnis, Hoſtiſque vitia exemplar datum ſæculo*. Ventus denique, ſed propitius, quia efflatu ſuæ catholicæ doctrinæ ab his infimis mundi partibus, nos transfert

S. Vinc. Ferrerius ſer. S. Thomæ.

ad

ad cæleſtia. Eccleſia; *Ope Doctoris cælici, tota gaudet Eccleſia, fulget Ordo Dominici peculiari gloria.* Marinus.

Gio. Battiſta Marino Rime varie.

Da qual Maeſtro, in quale ſcola il canto
Imparò la tua voce? il ſuon la mano?
Non dal Tracio Cantor, non dal Tebano,
Che concento mortal, non giunge à tanto.
Da le Sirene nò, che 'l pregio, e 'l vanto
Cedono in proua à te ſpirto ſourano;
Da' Cigni nò, ch'al tuo s'agguaglia in vano
Il mormorio del lor canoro pianto.
Dagli Angioli, cred'io, mà ſe celeſti
Son pur le note tue, che 'l mondo ammira,
Angel dunque ſe' tu, ch'à noi ſcendeſti.
Certo lo ſtil de la dottrina, da l'armonia, che gira,
E da quel ſommo Muſico apprendeſti,
Che le sfere hà per corde, il Ciel, per lira.

Creatura nobilior, ſapientior, dignior, ac ſpecioſior, quę à mundi initio, à tumido Omnipotentis Dei ſinu, orta eſt, fuit Lucifer, qui vt communis ſanctorum ſententia docet, præcipuè Diuus Gregorius, & Angelicus Doctor. Primus Seraphinus fuit Primus vetuſtate natalis. *Tu principium viarum Dei*. Alia lectio. *Tu Primogenitus Dei.* Primus nobilitate naturæ. *Tu ſignaculum ſimilitudinis*. Primus plenitudine ſapientiæ. *Plenus ſapientia*. Et primus formoſitate amoris. *Perfectus decore*. Veſtitus diuinę miſericordiæ manibus, ſpecioſis gratiæ veſtibus, virtutum, donorumque fimbriatis. *Omnis lapis pretioſus operimentum tuum.* Apoſtatauit ſuperbus in excellentia propriæ pulchritudinis euanidus. Sed cito debitũ temerariæ impudentiæ ſoluit, transformatus a pulchriori Angelo in deformiorem diabolum, eiectus ab ima Cęli parte in profundiorem inferni; quapropter Iſaias admiratione plenus, ait. *Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris*: Et hic grauiditatis fuit ſuę vaſtę cogitationis, partus infelix. *Ero ſimilis Altiſſimo*; ita eius narrat hiſtoria. Sed modo ſuum relinquendo occaſum, ad ſui nobiliſſimi reuertamur natalis orientem, cui Eccleſia, Angelicas, in hoc Cęlo Virgineo, Angelici Doctoris Diui Thomę Aquinatis prærogatiuas cõparat, & encomia, dicens. *Thomas typum geſſit Luciferi, ſplendens in caſu nubium, pluſquam Doctores cęteri purgans dogma gentilium*. En Thomas Aquinas typus, id eſt effigies, ſeu imago Luciferi pro illo inſtanti, in quo fuit in gratia. Cum eo in nobilitate originis, in virtutum excellentia, in plenitudine ſapientię, & in formoſitate gratię emulando. In nobilitate originis. *Thomas inſignis genere, claram ducens originem.* In excellentia virtutum. *Thomas donis plenus ex ęthere.* In plenitudine ſapientiæ *Thomas fulgens doctrinę radys*. Denique in formoſitate gratiæ. *Thomas in mundi veſpere fudit theſauros gratię.* Ergo Thomas typũ geſſit Lu-

Greg. hom. de decem ouibus.
D. Tho. 1. p. q. 63. ar. 7.
Iſa. c. 14.
Eccleſia.

Luciferi. Hoc elogium ab Eccleſia Diuo Thomę attributum. Hoc idem erit fundamẽtalis petra, in qua meum rationis prę-ſcriptũ adhęrebo, nõ ſolum iuxta Luciferi proprietates, ſeu prę-rogatiuas, pro illo inſtãti, in quo fuit in gratia, ſed quoque quantum ad rationem Angeli, communem.

Et ecce inclytus ille martyr
Iob. c. 11. Iob, qui adrem ait. *Cum conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer*. legit hębreus. *Obſcuratio tua erit, vt Lucifer matutinus*: Locutio certè nimis diffic ilis; nam quando ò Iob, hoc nouum erit in mundo prodigium, quod oriatur in ſero, luminoſior Aurora, quam mane? Reſpondet addendo. *Et meridianus fulgor, conſurget tibi ad veſperam*. Ideſt, quod in ſero videbitur Luna, ſicut Sol in meridie. Modo, En prodigiũ: Thomę Angelico apparuit Luna, quaſi lucidiſſimus Sol, quia tempore, quo alij infantes per originalẽ culpam, inter obſcuras peccati tenebras iacebãt mortui, tũc Thomas Angelicus oritur, vt Lucifer matutinus, *Nam typum geſſit Luciferi*. Et quomodo? Ecce ex aluo materno, cum Angelica ſalutatione, Aue Maria, in manu ſcripta oriendo. Vnde ſubdit quidam Antiquus Doctor. *Thomas cum ſigno diuino natus eſt, nã*
Gabr. Bar. ſer. S. Th. *cum Nutrix ipſum lauaret in vaſe, inuenit in manu ſua, ſchedulam quãdã, in qua erat ſcriptum; Aue Maria, quę Cartha fuit deſuper data diuinitus; in ſignum, quod Sanctus Thomas de Beata Virgine debebat ſcribere alta ſuper omnes Doctores*. Quare hilarè poteſt canere Thomas. *Orior vt Lucifer matutinus*. O beate puer, qui in tam tenera ętate, tuę mirificę glorię, maturum inuenis fructum.

Neque de hoc contentus ille, qui ſola eſt Beatorum gloria atque perfectio, penicillum intinxit in paradiſi luminibus, vt poſſet in Thoma Angelico, omnes colligere perfectiones, quę in Beatis Angelorum ſpiritibus ſunt diffuſę. Colligere dico, Innocentiam Angelorum. Obedientiam Archangelorum. Merita Virtutum. Prudentiam Principatum. Fortitudinem Poteſtatum. Imperium Dominationum. Pacẽ Thronorum Sapientiam Cherubim. Amoremq; Seraphim. Quę omnes Angelorum prerogatiuę, in Doctore fulgent Angelico. Reſplendet in eo Innocẽtia Angelorum. *Thomas mentis innocentia, floſque puritatis, extiterũt pręuia luci veritatis*. Archãgelorum Obedientia. *Quia id vnum erat ex tribus, quę potiſſimum à Deo poſtulare conſueuerat, vt regularis vita obedientiam humilitatem, hac paupertatem poſſet ad mortem vſque ſeruare*. Merita Virtutum: *Lauda Mater Eccleſia, Thomę felicem exitum, qui peruenit ad gaudia per verbi vita meritũ*. Prudentia Principatum. *Quęrentes fratres ſui, diuerſis modis, ipſum à bono propoſito reuocare, ſumma prudẽtia, ac humilitate ſuperauit*. Fortitudo Poteſtatum. *Pugil fortis, raptus de ordine, vicit prorſus pulſa libidine*. Imperium Dominationum. *Thomas inſignis genere, claram ducens originem*. Pax Thronorum. *Seminauit hic largiter, Doctor virtuoſus, meſſt illic feliciter, Victor glorioſus*. Sapientia Cherubym. *De excelſis fons ſapientię, Sancto Thomę infudit copiam, tanquam flumen clarę ſcientię, qui ſuſceptam refudit gratiam, dum fluentis ſumma*

ma peritia rigat totam ſanctam Eccleſiam. Amor Seraphym. *Bene*
Verba Chriſti. *ſcripſiſti de me Thoma, quam ergo mercedem accipias? Tum ille, non aliam Domine, niſi teipſum*; igitur, quid mirùm, ſi Thomas Aquinas vocetur Angelicus? Dum omnes Angelorum prærogatiuæ, ceu proprietates, in
Eccleſia ipſo reperiuntur? *Felix Doctor, cuius ſolatio, Angelorum ſeruit attentio*.

Dixi, *Quod Thomas Angelicus, typum geſſit Luciferi*, pro illo inſtanti, in quo fuit in gratia; nam vix natus, ſignum oſtendit, ſuæ eximiæ, & perfectæ gratiæ. Vndè ſi Lucifer fuit omnibus alijs Angelis perfectior, propter ſingularem ipſius gratiam, poſſum dicere, quod Thomas Angelicus, omnes alios ſuæ ſphæræ ſanctos, ſuperauit in gratia, ac per conſequens in gloria, itaut dicere poſſet.
Eccleſia. *Ex vtero matris mea ſanctitate egredior coacernatus*. Cum Ioanne emulando Præcurſore, qui priùs ſenſit initia gratiæ, quam naturæ, itaque ſi Ioannis, natiuitas ab Angelo præconizata fuit, non minus iſta Angelici Doctoris, à ſancto quodam Romito. Et ſi Ioannes Baptiſta, Albertus Magnus, & Patientiſſimus Iob, nomine Magni honorati ſunt, Thomas Angelicus, vt Magnus exaltatur, quemadmodum Magiſter Bareleta docet.
Barel. ſer. S. Thomæ. *Albertus, Magnus dicitur à ſcientia, de quo Pius Papa: Præcipuè eſt Alberti Magni ſcientia, qui nullum doctrinæ genus traditur ignoraſſe. Iob dicitur, Vir Magnus à ſanctitate*
Iob c. 1. *vitæ. Erat autem Iob, vir magnus ſuper omnes Orientales, qui morabantur in terra: Vndè dicit Grego-*
Gregor. *rius: Magnus enim inter Orientales eſſicitur, qui non inter actiones malorum quærentium ima, & fugitiua, ſed inter choros conatur proficere ſupernorum ciuium. Et de*
Ioanne Baptiſta, dit Angelus Zacharia: Erit Magnus coram Domino, quia inter natos mulierum non ſurrexit maior, ſcilicet maioritate Virtutum. Hoc triplici modo Luc. 1. Matt. 11.
fuit Thomas, Magnus; Magnus à pugna, contra mundum dimicans. Magnus à ſcientia, quia Doctiſſimus virorum. Magnus à ſanctitate vitæ, quia nunquam peccauit mortaliter, imò de venialibus nunquam fuit auditum, quapropter Magnus vocatur in Regno Cælorum. Cuius magnitudo non poteſt fidelibus, manifeſtari verbis; quia omnis lingua in eius exiccatur laudem; omnis eloquentia obmueſcit; omnis conceptus deficit; omne ingenium debilitatur; deeſt omnis materia, ſicut canit Eccleſia. *Monſtrat hunc dignum laudibus, terra, ponto, & ſuperis: nos iuuet ſuis precibus, Deo commendet meritis*. Eccleſia.

Sed, quæ maior, pulchraque laus, quæ ſanctis attribuitur Apoſtolis? *Athleta Orbis terrarum*; qui totum fuderunt ſanguinem, vt fidem purpurarent. Et Thomas Angelicus dicitur, *Gedeonis Gladius*, ideſt furibundus gladius ad defēdēdum, antitodo ſuæ cæleſtis, ac diuinæ doctrinę Catholicam fidem. Et ſi origo perſpicuæ ſanctitatis Apoſtolorum, non fuit à miraculorum patratione, nimirùm mortuos reſuſcitare, infirmos curare, dæmones eijcere, ſed ab omnium rerum huius mundi cōntemptu, vt docet os aureum Chryſoſtomi. *Non ſigna Apoſtolos, mirabiles effecerunt, quid eſt igitur, quod eos Magnos oſtendit, pecuniarum* Chryſo. ho. 26. in Matt.

contemptus, gloria deſpectus, & ab omnibus vita huius negotijs ereptio. Ita Thomas Angelicus conſiderans diuinam Bernardi melliflui ſententiam, quod; *Generoſitas ſanguinis, proceritas corporis, forma elegans, iuuenilis decor, prædia, palatia, ſuppellex immenſa, inſula dignitatum, mundi ſapientia, amata inquinant, poſſeſſa onerant, amiſſa cruciant.* Hæc omnia conſiderans, quamuis Illuſtriſſimi ſanguinis claram duceret originem; nec non innumerabiles opes, tanquam Comitis filius poſſideret; omnia ſub pedibus calcauit, amplectendo maxima cum humilitate Religionis paupertatem, ideò dicitur. *Ab Vrbano Quarto Romam vocatus, adduci non potuit, vt honores acciperet, Archiepiſcopatum Neapolitanum, deferente Clemente Quarto Pontifice recuſauit.* Annuens, quod honores, dignitates etiam Eccleſiaſticæ multis ſubſunt periculis; ſicut Montes, Cælis viciniores, magis cæleſtibus ſubijciuntur telis. Vndè obſeruat Venerabilis Beda, *Quod liquor, quo purpura tingitur, non abſque ſanguine à conchilijs extrahitur. Nec in Cælo abſque nubibus, & pluuijs Sol rubeſcit. Neque in terra purpurea eſt ſine ſpinis Roſa; ita dignitates, concludit, ſine tribulationibus, periculis, & anguſtijs:* Quapropter Diuus Thomas mundum calcauit ſub pedibus, manū miſit ad fortia. Verum quanto magis procurabat abſcondi, & fugere, tanto amplius radij ſanctitatis eius, ac prodigiorum ſplendores patefaciebant. Eccleſia. *Aurum ſub terra tegitur, & lucerna ſub modio, ſed virtus Dei cernitur, miraculorum radio.*

Ber. de mū dī contēptu

Beda ho. in c. 18. Lucæ.

Eccleſia.

Sed reuertamur ad Angelum, dum Thomas Angelicus typum geſſit Luciferi, & peto, quot ſunt Angeli priuilegia. Reſpondeo, quod ſunt multa, Verū quatuor principalia, & maioris extimationis, ac dignitatis, ſcilicet, eſſe impeccabilem, eſſe incorporeum, eſſe ſcientificum, & videre Deum facie ad faciem. Prima prærogatiua, nēpe quod Angelus ſit impeccabilis. En Thomas Angelicus, qui quamuis ſubſtātia corporea indutus, temporiſque mutabilitati ſubiectus; Attamen de eo legitur. *Vidi alium Angelum fortem deſcendentem de Cælo.* Homo enim peccando carnalem efficit animam, vt ait Chryſoſtomus. *Totus homo caro.* Non quod anima ſit caro, ſed quia operatur, ac ſi eſſet caro. Chryſoſtomus. *Ac ſi ſola carne cōſtaret.* Poſtea vero cōfirmatus in gratia, donum hoc, ita illuſtre, ac pretioſum, eū reddit impeccabilē, quia vt docet Angelicus. *Hoc donum caret potentia peccādi.* Nunc videamus quomodo Thomas Angelicus fuit impeccabilis. Pluribus hoc rationibus oſtēdā. Prima, quando audacter eiecit mulierem illam impudicam. Marinus.

Apoc. c. 10.

Chryſ. Gen. 6.

D. Tho. 3. p. q. 27. art. 3. & in 3. diſt. 3. q. 1. ar. 2. diſt. 3. in o.

Io pur ti fuggo, e tu mi ſegui, e giungi?
Rompo ceppi, e catene, e non mi ſciolgo.
Donna moſtro peruerſo, e piu m'aſſali, e pungi
Quanto più per laſciarti, il piè riuolgo.

Marino nelle deuotioni

Hor che da le tue man m'inuolo, e tolgo,
E che da te per buon ſentier vò lungi
Più tentato da te mi lagno, e dolgo
E forze à forze, e armi ad armi aggiungi.
Tale il ſocero iniquo, all'hor che ſeo
L'amoroſa rapina armato vide
Teſto à ſuoi danni il fuggitiuo Hebreo.
Così maſtin dà l'oſcio, oue s'aſſide.
Hor manſueto, hor minaccioſo, hor reo
Morde gli eſtrani, e à gli amici arride.

Et illicò Angeli è Cęlo cum cingulo, inſcripto, *Soluetur nunquam*, euolare cæperunt, per quod confirmatus in Virginitate omni impudico fuit, indè cogitatu ſemper liber. *Miſerunt ad SanƐtum Virum iuuenem nudam, quæ cum debebat inclinare ad mollitiem carnis, quam titione fugauit, ſtatim aduenerunt Angeli poſt hunc conflictum, qui eum ſtrinxerunt Cingulo dicentes: Ex parte Dei te cingimus cingulo caſtitatis, quod nullatenus diſſoluatur, vnde habuit in terra priuilegium Beatorum, & ex tunc nunquam ſenſit ſtymulum carnis.* Ergo quid mirum, ſi meam Religionem Cælum appello Virgineum?

Secunda, quæ non diſplicebit. Communis eſt inter Theologos opinio, quod non committitur peccatum, quod pro radice ſuperbiam non recognoſcat. *Principium omnis peccati eſt ſuperbia.* Ita affirmat Diuus Auguſtinus dicens. *Qua manente, cætera retinentur, & qua diſcedente cætera remittuntur.* Ego hoc formo argumentum. Superbia eſt principium, & cauſa omnis peccati: Atqui Thomas Angelicus, omni minimo ſuperbiæ ſtymulo, fuit immunis; ergò liber omni peccato, ergò confirmatus in hac gratia, ferè impeccabilis. Probo minorem authoritate Eccleſiæ. *O munus Dei gratia vincens, quod vis miraculum, peſtifera ſuperbia nunquam perſenſit ſtymulum;* Ideſt, ò prodigium, ò mirabile miraculum, omne aliud excedens miraculum; Cum eſſet Thomas Aquinas tot prærogatiuis, tot priuilegijs, tot Angelicis gratijs ornatus, nunquam peſtiferæ ſuperbiæ perſenſit ſtymulum. En igitur Thomas purus, & candidus; homo certè in illis cæleſtibus globis formatus, in hoc Virgineo Cælo Dominicanę Religionis aſportatus, Eccleſia. *Hunc cæleſtem demōſtrat cæteris, Verbo, Vita, Doctrina, Literis, quam excelſus, quem Cæli prædicant, quam præclarus, quem ſtellæ indicant.*

Aug. tract. 95. in Ioan.

Eccleſia.

Eccleſia.

Tertia ratio. Euolauit Diuina gratia ſuper pennas ventorum, vt magis citò in SanƐtiſſimam Diui Thomæ animam habitaret, quam ita ſingularibus donis, virtutibus, ac fauoribus impleuit, quod omnes, Diuum aſpicientes Thomam, iudicabunt, Angelum eſſe in carne. Angelus Thomas Aquinas, cui per feliciſſimum conſolationis habitaculum, hoc terreſtræ ſuæ ſacratæ Religionis Paradiſum additum erat; quemadmodum dixit Diuinus Dionyſius. *Angelos refertos, diuina contemplatione dignos, habitos, qui Ieſu conſocia-* D. Dion. de cæleſt. Hier. c. 7.

rentur. Sed,ò mirum quodcunq; lumen, in præſentia ſolis euaneſcit; & Thomas Angelicus, ita formoſus in Angelorum præſentia videbatur: Quod Chriſti Vicarius intonuit. *Non Angelus, ſed Angelicus*. Angelicus Diuus Thomas, noua inuentione, noua arte formatus, nouam Angeli, & hominis Hierarchiam conſtituens, vt ait Chryſoſtomus. *Specie homo, gratia Angelus*. Nec abſque myſterio Æterna Sapientia hoc diſpoſuit: myſteriū fuit, quod Thomas Aquinas factus homo, ſimul fuiſſet Angelus, & homo, ideſt ſpecie homo, gratia Angelus. Et ſi Deus, Angelos ſuos, Spiritus creauit, omni, ſenſus ſtimulo carentes. Loquere, ò Thoma Angelicæ, quis vnquam carnis affectum in te aſpexit? quis in te parentum Amorem adnotauit? Quis, cibi, potus, veſtiumque lautitiam ſignauit? ſufficit dicere, quod à Deo es miſſus, ad illuminandum has mundi tenebras; ſicut inſignis ille Doctor Gabriel Bareleta obſeruat. *Miſſus eſt à Deo Beatus Thomas Aquinas, quia cum eius Mater Domina Theodora eſſet grauida, ipſa ignerante, miſſus eſt quidam Eremita, nomine Bonus, qui dixit. Gaude Domina Theodora, quia concipies, & paries filium, & Thomas vocabitur, ideſt abiſſus, hic erit Magnus, ſcilicet in virtutibus in toto terrarum Orbe, in vita, & ſcientia; eritque Ordinis Fratrum Prædicatorum; non erit Ordinis Minorum, Eremitarum, ſed Prædicatorum. De quo Alexander Quartus Papa ait. Hi ſunt viri probati in lege Domini, Fratres Ordinis Diui Dominici, efficaces quidem in opere, atque potentes in prædicatione, qui vbique per mundum ipſorum hora intonant, velut tuba, & in omnem terram exiuit ſonus prædicationis eorum, & vſq; ad fines Orbis Terræ, ſua ſalutifera verba ſonant. Auditis Mater hæc verba, tota læta reſpondit: fiat voluntas Domini. Ecce quomodo à Deo miſſus eſt, dum verbo prophetico prænunciatus fuit.*

Chryſ. ho. 87. in Matth.

Bareleta.

Alex. 4.

Non eſt titulus, qui tam abſque controuerſia, & lite, Angelis conueniat, quam Bellatorum, ac militum nomen; ita Patriarchæ, & Prophetæ affirmauerunt Patriarcha Iacob. *Caſtra Dei ſunt hæc*. *Propheta Dauid*. *Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes Virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius*. Legit Diuus Hieronymus; *Benedicite Domino Angeli eius fortes robore, facientes Verbum eius, obedientes voci ſermonis eius*. Vnde gloriantur Angeli titulo militum, ac bellatorum, & hoc ita verum eſt, quod quicunque alius titulus, naturæ Angelicæ attributus, hoc excepto, omnis alius contenditur.

Geneſ. 32. pſal. 102.

D. Hier.

Et probo. Docet Doctor Angelicus; quod omnis Angelus, ſuam propriam conſtituit ſpeciem: quam opinionem negat Scotus. Dionyſius Areopagita vult, quod Angeli careant corpore; & hoc negat Origenes. Defendit perſpicaciſſimus Scotus, quod omnis Spiritus habet ſuum intrinſecum, & determinatum ſubſtantiæ locum. Contrarium affirmat Angelicus Doctor. Diuus Bonauentura inquit, quod poteſt Angelus, ſua propria virtute corpus viſibile formare, ſed non placet Angelico. Credit Scotus, quod Beati Spiritus poſſunt lumine naturali, myſteria ſupernaturalia cognoſcere

ſcere; Thomas verò Aquinas oppoſitum defendit. Idem Angelicus oſtendit, quod in Angelo non eſt diſtinctus intellectus Agens à poſſibili: quamuis per ſententiam Scoti in eo vterque reperitur. Opinio Angelici Doctoris fuit, quod Angelus ſuperior perfectiores ſpecies, ac magis vniuerſales contineat, ſeu compræhendat, nec non indiuiduorum ſpecies infuſas habeat. Sed Scotus oppoſitum probat. Angelicus docet, quod Angeli non cognoſcunt diſcurrendo, ſicuti homines, ſed eodem tempore cauſam, & effectum innoteſcunt; à qua opinione multum diſtat Scotus. Diuus Baſilius, Gregorius Nazianzenus, atque Græci volunt, quod natura Angelica antiquior ſit; omnibus alijs creaturis, tamen Angelicus, omneſque theologi omninò opponuntur. Thomas Aquinas dicit, quod Angeli fuerunt in gratia creati, ſed Magiſter ſententiarum hoc negat. Concludamus ergò, quod nullum aliud priuilegium eis conceditur, quod non ſit in contentione; ſolus Bellatorum titulus, ac militum poſſident in pace.

Sed quid de Angelico Aquinate enarremus? cui vt Sapientiæ Angelus, hoc formoſum nomen, ac veterani militis fortiſq; Bellatoris, glorioſum titulum conuenit. Fuit Thomas contra parentes veteranus miles. *Quarentes fratres ſui diuerſis modis ipſum à bono propoſito reuocare duobus modis vſi ſunt, primo introduxerunt Sorores ſuas duas ad eũ, quæ blanditijs ipſum alloquuntur; ipſe autem conuertit, ad vitam ſanctam, eis legens ſcripturas;*

Barel. ſer. 5. S. Thom.

vnde Maiorem Sororem conuertit vt Mundum relinqueret, & Monaſterium Sanctæ Mariæ de Capua ingreſſa eſt. Fuit Thomas Angelicus contra Mundum, valoroſus Bellator. *Videns autem Thomas non eſſe tutum habitare inter ſcorpiones, Spiritu Sancto illuminatus, Ordinem Prædicatorum decreuit eligere. Et vadit ad Priorem Conuentus Neapoli, & tunc attingebat annum tertium decimum petens habitum Prædicatorum. Cui Prior ò fili mi, nimis iuuenis es cui Thomas, ò Pater Prior ſcriptum eſt. Hyeremiæ tertio. Bonum eſt viro, ſi portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.* Hyer. 13. *Et Prior pete licentiam à Patre, & Matre. Cui Thomas ſcriptum eſt Matthei decimo. Qui amat Patrem, & Matrem pluſquam me, non eſt me dignus.* Matth. c. 10. *Et Diuus Hieronymus ad Ruſticum. Licet in limine Pater iaceat, licet Mater pectus, & vbera oſtendas, percalcato, perge Patre, percalcata, perge Matre, & ſiccis oculis, ad vexillum Sanctæ Crucis euola.* D. Hier. ad Ruſtic. *Et Prior, non poteras portare onera Religionis. Reſpondit Thomas; ſcriptum eſt per Hieronymum. Nihil amantibus difficile. Cui Prior, ò Thomas bono animo eſto, & cum ſummo gaudio Ciuitatis, & Conuentus, hoc Sanctiſſimo habitu fuit indutus, mundum relinquens.* O munde, ò munde, dicebat Thomas in hoc letamine, tui ſollemnes terminantur apparatus. In his ſordibus finiunt tuæ voluptates. In his deformitatibus, tuæ mutantur pulchritudines; ità blandiris? ita decipis? ita prodis? certè non me vinces, dum in hac arce Dominicanæ Religionis; Clypio potentiſſimarum Virtutum me defendo, ac munio. Vbi confeſtim per lumen infuſum, in iuuene inter aulicos aſſueto,

tanta peritia in religioſa ſui ipſius gubernatione viſa eſt. Imò agilitas cum puritate; ſuauitas, cum obſeruantia; grauitas, cum familiaritate; receſſus, cum ſtudio; confidentia, cum prouidentia; pœnitentia, cum quiete; zelus, cum diſcretione; humilitas, ſine depræſſione; decor, ſine ſuperbia; benignitas, ſine affectatione; coſtantia, ſine pertinacia; flexibilitas, ſine leuitate; cautio, ſine ſuſpectione; ſimplicitas, ſine geminatione; prudentia, ſine polytica. Ergo meritiſſimè à ſuis conſanguineis, vt Paradiſi Angelus fuit ſemper habitus. Eccleſia. *Hunc cæleſtem demonſtrat cæteris, quam excelſus, quem Cœli prædicant, quam præclarus, quem ſtellæ indicant.* Eccleſia

Fuit denique Thomas Aquinas, vt Sapientiæ Angelus, contra inimicos Eccleſiæ expertus Dux, de quo inquit Summus Pontifex Paulus Quintus. *Splendidiſſimi Catholicæ fidei Athletæ Beati Thomæ Aquinatis, cuius ſcriptorum Clypeo militans Eccleſia Hæreticorum tela feliciter eludit.* Paulus 5. Addendo in Diui Thomæ laudem Magiſter Bareleta. *Dum Mundus eſſet in maxima ignorantia peccatorum; & piiſſimus Deus compatiens humano generi, vt ipſum reformaret, voluit mittere Sanctum Thomam, qui vt lumen Eccleſiæ, & Sanctitatis, Eccleſiam illuminaret.* O Thoma, ò mundi gloria, ò Eccleſiæ lumen, ò Paradiſi Via, ò valoroſe Bellator contra Bucerum clamantem. *Tolle Thomam, & diſſipabo Eccleſiam.* Bellator, dico contra tui corporis delicium, contra illecebras paternæ domus, contra progeniæ nobilitatẽ, contra tui vultus formoſitatem, contra diuitiarum multitudinem, ideò dicitur. *Videns autem Thomas non eſſe tutum habitare inter ſcorpiones, Spiritu Sancto illuminatus, Ordinem Prædicatorum decreuit eligere.*

Sed non moueamus ab Angelis, qui connaturaliter puritate gaudent. Verum hæc puritas potius felix erit: vbi in homine, ſicut eſt magis laborioſa, ità magis fortis, atq; ſpectata. Bernardus Epiſtola quadrageſima ſecunda. *Angeli caſtitas felicior, hominis fortior eſſe cognoſcitur.* Bern. Epiſt. 42. Sed hic vellem auream Chryſoſtomi eloquentiam, ac melatam Ambroſij doctrinã, vt dignè oſtendere poſſim fortitudinem, validitatem contra Satanæ inſidias, procurantis Thomæ puritatem abrogare, quam, inſtar Cæleſtis Athleræ, ac diuini Herculis, multoties vinxit. Eccleſia. *Preſſus vi Demony citò liberatur.* Eccleſia

Quare ad rem, curioſam vobis propono ſcripturam. Iudicum, tertiodecimo. Apparuit Angelus vxori Manuè, cui feliciſſimam annunciauit prolem, quæ Sanſon (terror cordium inuictorum, prodigiumq; Diuinæ manus) vocabitur; quo dicto abijt, vixque diſceſſus; mulier ſtatim cor ſuum ſuo ſponſo aperuit, dicens. *Vir Dei venit ad me.* Iudicũ 13. Gaetanus; *Clarè apparet; quod in ſpecie viri, apparuit Angelus.* Gaet. Sacer textus. *Habens vultum Angelicum*: Ideſt effigie homo, ſed vultu Angelus, qui erat terribilis valdè. Illam mirabilem connettebat formoſitatem cum formidabili effigie. *Vir ebolim terribilis valde*; Legit Gaetanus; *Ebolim Iudex*, quaſi diceret, homo Iudex, homo terribi-

ribilis;ideò mulier non amplius propter timorem, & reuerentiam loquuta eſt; & addit Montanus. *Non propter mulieris verecundiam, ſed propter tanta dignitatis reuerentiam.* His ſuppoſitis, modo dico. Angelus, qui eſt cæleſtis Orator, leta annũcians, vt Seuerus Iudex apparet, quare? Gaetanus ſoluit difficultatem, manifeſtatque myſterium. *Non apparuit ſub ſpecie viri amabilis, ſed timendi, quia mulieri iuueni apparebat, nec decebat eam trahere ad ſui amorem.* Erat Angelus aſpectu formoſus. Non minus mulier, cordium prædatrix. Qui duo pulchritudinis ſoles, ſimul conſpirati, atque concordes, mutuoque inter ſe Amoris vibrando ſagittas, abſq; dubio prædaretur Angelus, ſi cum Iudicis effigie non appareret.

Montanus

Nunc mementote, auditores, Angelici Doctoris egregia facta, & deuota attentione, horum duorum Angelorum, præclaram contemplate æmulationem, nam ſi Angelus ille fuit ſpecioſitate decoratus; Thomas Angelicus, qui *Typum geſſit Luciferi*, formoſitate laureatus. Angelus puritate coronatus; Thomas Aquinas, Virginitate illuſtratus. Angelus prudentia expolitus, Thomas ſcientia nutricatus. Angelus fugit à pulchra muliere prædari; Thomas Angelicus terret à muliere videri. Angelus in effigie Iudicis apparet; Thomas tanquam ferox Leo fugit. Angelus timore inuaſus, mulierem eiecit; Thomas territus, mulierem titione fugauit. Dicam igitur, *Beati Thomæ gloria, diuo fulſit miraculo, qui vitens puditi tia, vixit abſque piaculo.* Et ecce Diuus Thomas in hoc

Eccleſia

ſanguineo turpitudinis conflictu glorioſus, & valoroſus Miles, ſibi Angelorum ſumendo proprietates, dum docet, *Viuere in carne præter carnem, non hominis, ſed Dei.* Et Auguſtinus. *Viuere in carne præter carnem, angelicum eſt.* Vndè ex hoc prouenit, quod Virgines in hoc Cælo Virgineo ſunt Angeli à Chriſto electi; vice alijs Angelis, ab eo alienati. Hieronymus. *Filius Dei ſuper terram nouam ſibi inſtituit familiam, vt qui ab Angelis adorabatur in Cælo, haberet Angelos in terris, ſcilicet Virgines.* Itaque Virgines in hoc mundo ſunt Angeli Chriſti. Igitur ſi Thomas Angelicus ſemper Puriſſimus, Caſtiſſimus, ac illibatus vixit, quid mirùm, Angelum Chriſti appellari? *Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cælo.* Imò puritas iſta diù ſeruata, non ſolum cum martyrio competit, ſed magis ſpectata redditur, vt ait Septimius de exortatione ad caſtitatem. *Maius eſt viuere in caſtitate, quã pro ea mori.* Et ſubdit Baſilius. *Quod vita Religioſa, eſt viuum martyrium. Continentes viui martyres appellantur.* Diuus Ambroſius. *Non idea laudabilis Virginitas, quia in martyribus reperitur, ſed quia ipſa martyres facit.* Thomas Angelicus conſeruans ſine macula Virginitatis Lilium, aſſiduum æterno Deo, animæ ſuæ immolauit martyrium. Chryſoſtomus *Crux Chriſti ex hominibus Angelos facit.* Et Magnus Pater Auguſtinus gloriatur, Diuum Thomam puritate eum antecellere. Eccleſia. *Auguſtinus Fratri ſic loquitur, Thomas mihi par eſt in gloria, Virginali præſtans munditia.* O Thoma, ò puritatis ſplendor, idea

D.Th. ſuper Matth. c. 19.

D.Hier. Ep. 22.

Apoc. c. 10.

Sept.

Baſilius.

Ambr. lib. de Virg.

Chryſ.

Eccleſia

Idea fortitudinis ; norma prudentiæ ; modus conſtantiæ ; via patientiæ ; viua imago religioſæ obſeruantiæ ; omniſque perfectæ virtutis epilogum, atq; abundantia.

Dixi, quod Thomas: *Praſſus vi Demonÿ citò liberatur:* Quamuis varijs modis tentatus, cui primo dixit Satan; ò Thoma, forſitan me vinceres; *Quia florem pudicitiæ ſeruaſti illibatum.* Scias, quod ego in hac fui puritate creatus. Fortaſſis quia ieiunas, non comedendo carnem; *Nam caro carnem nutrit.* *Et Spiritus*

Prouer. c. 29. *Sanctus in Prouerbÿs inquit. Qui delicatè nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. Antiquæ*

Barel. *Religiones, Benedicti, Baſilÿ, Bernardi, Cartuſienſes, carnes non comedunt: Nec Chriſtus, niſi in Cena. Vnde eſt de perfectione Vita Apoſtolica : qua propter Beatus Thomas Aquinas non comedebat.* Et ego, dicebat Diabolus, ex illa hora, qua fui creatus, continuum obſeruaui ieiunium abſq; vllo cibo, & potu. Fortè propter vigilias, quia nocte Orationi feruenter inſiſtis. At ego nunquam dormio; ſemper, vt famelicus Leo vigilo, & circuo quærens, quem deuorem. Fortaſsè quia pauper es. *Dixerunt Thomæ eius diſcipuli, vtinam eſſe-*

Barel. *tis, ò Magiſter, Dominus huius Ciuitatis Pariſienſis. Reſpondit, potius vellem habere Chryſoſtomum ſuper Mattheum. Præterea dum Magiſtrari deberet, tunicam habebat fractam, ò Pater, eſſet bonum, inquiunt Diſcipuli, haberetis tunicam bonam. Reſpondit non curo, quia Pater meus Dominicus, ſic incedebat.* Scias ſubiungit Satan, quod ſi tu pauper es, vtiq; habes, vnam veſtem, qua coho-

perire poteris. Sed aſpice quãto magis pauper ſum ego, qui ſolum flammis vro. Scias denique, quod non ſunt hæc arma, per quæ me vincis, & triunfas. Sed quia tu humilis es, & ego ſuperbus. *Beatus Thomas fuit humilis ore, quia nunquam ſuperba verba exierunt de ore eius: fuit humilis corde, quia nunquam de ſe præſumpſit ſuperba : nec ſuperbiuit de aliquo actu ſtudÿ: fertur ſæpè dixiſſe diſcipulis ſuis, regratior Deo, quod nunquam de mea Cathedra Magiſtrali, aut actu ſcholaſtico motũ habui inanis gloria.* Vnde ad hunc, finẽ dixit Diuus Pater Auguſtinus. *Si à*

me petis, quis Sanctus eſt. Reſpondeo, qui eſt humilis. Et ſi denuo interroges, quis Sanctior; Dicam, qui eſt humilior. Et ſi iterum quæres. Quis Sanctiſſimus, concludo, qui eſt humiliſſimus. D. Auguſt.

De Thoma Angelico canit Eccleſia. *Peſtifera Superbia nunquam perſenſit* Eccleſia. *ſtimulum* ; Fuit igitur humiliſſimus, ergo ſanctiſſimus, ac perconſequens verus Angelorum Competitor, verè Sapientiæ. Angelus, in puritate, in Sanctitate, omnibuſq; alijs prærogatiuis. O Thoma, ò Angele, ò Angelice, ò Gratiæ portentum, ò miraculum noſtri ſeculi, qui tot ſignis in egrorum claruiſti corporibus ; modo donando mutis loquelam ; modo claudis greſſum, cæcis viſum, alijſque alia munera tribuendo, de quo legitur. *Tumor gulæ pellitur, le-* Eccleſia *proſus mundatur, cæco lumen redditur, claudo greſſus datur. Præce curat Socium febrem patientem, & in ora veſtium, ſanguine fluentem.*

Amplius, Angelus eſt Beatus. *Angeli eorum ſemper vident faciem*

Pa-

Patris mei, qui in Cælis eſt: Quod quidem Angeli priuilegium, pereleganter, cum prærogatiuis Angelici Doctoris æmulatur, iuxta oraculum Beatiſſimæ Virginis, canonizantis eum in vita, ſicut affirmat Summus Pontifex Iulius Tertius. *Beatiſſima Dei Mater Maria, Diuo Thomæ apparuit, & ipſum de ſuę Vita, & ſcientia integritate certificauit.* Modo ex hac dulci Beatiſſimæ Virginis, ac benedicti filij communicatione; eleuatus Diuus Thomas in extaſi, cælos penetrauit, altiſſimum Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium guſtauit, ideo dicitur. *Beata Virgo dixit filio: fili declaretis ſibi, hoc dubium, & cum eſſet Thomas in caſtro Sororis eleuabatur in extaſi: vnde Soror eius, ipſum credidit eſſe mortuum; quia ſe non mouebat, nec aliquid dicebat, vnde clamare cepit, ò Thoma, ò Thoma, & ſic per tres dies, ſtetit immobilis ſine cibo; videns Socius, tantam dilationem, eum excitauit, cui dixit Thomas, parcat vobis Deus, quia bonum prandium abſtuliſtis mihi.*

Iulius 3. in prologo D. Thomiſt.

Barel.

Poſſum quoque præcedentem roborare rationem, & querere, quare Protomartyr Stephanus vidit Diuinam eſſentiã, *Ecce video Cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei.* Reſpondet Diuus Ireneus. *Quia prædicabat, & Chriſti doctrinam docebat. Stephanus hæc docens, ad huc cum eſſet, ſuper terram vidit gloriam Dei, & Ieſum addextera, & dixit. Ecce video Calos apertos, & Ieſum ſtantem addexteram virtutis Dei:* Ergo ſi Stephanus vidit gloriam Dei, quia docebat Chriſti doctrinã. Multo magis Diuus Thomas Angelicus, qui tot miracula fecit, quot articulos ſcripſit; in cuius laudem præcinit Eccleſia. *Thomas in ſtante vitæ termino vidit regna cæleſtia, & reuelante Domino, nouit parata præmia. Hic ſpetiali gratia, luſtrato mentis oculo, calſa nouit myſteria, Cæli doctus oraculo.*

S. Iren. lib. 3. ad v. hereſes.

Eccleſia

Verum neceſſarium eſt ſcire, quod Thomas Angelicus, non natura eſt Angelus, ſed gratia Angelus, in qua natura, eos etiam præcedit, excedit. Ratio eſt, nam Vnus Deus per naturam inuenitur; multi vero Dij per participationem, ſeù per gratiam. *Ego dixi Dij eſtis.* Inueniuntur, quoque multi Angeli per naturam, multi vero per gratiam. *Neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli in Cælis.* Modo dico ſi eligerem eſſe Angelum, peto, eligerem eſſe per naturam, an per gratiam. Certè vellem magis eſſe Angelum per gratiam, quam per naturam. Percontor, Demonia nonnè natura ſunt Angeli? Etiam, ſed vbi ſunt, in inferno. Sancti ſunt etiam Angeli per gratiam, ſed vbi ſunt, in Cælo; ergo potius vellem Angelum eſſe per gratiam, quam per naturam. Confirmat mirabiliter hoc, Angelicus Doctor prima parte quæſtione vigeſima, articulo quarto, vbi habet. *De Angelo eſt loqui dupplititer, aut quo ad naturam, aut quo ad gratiam, ſi primo modo, Angelus eſt dignior homine, nec poteſt ei adequari, quia Deus maiora bona naturalia ei contulit, quam homini, & minimus Angelus eſt perfectior, quolibet homine, excepta Anima Chriſti: Vnde Dionijius, Angelus eſt imago, & manifeſtatio occulti luminis. Sed ſi loquimur, quo ad gratiam,*

S. Doct. p. p. q. 2. ar 4.

tiam, ſic homo poteſt Angelis æquiparari ex virtutibus ſuis; Quia ſicut idem Angelicus, docet ſecundo ſententiarum diſtinctione nona. *Homo, Angelum præcedit, triplici ratione: & ratione difficultatis, quæ eſt in homine, non in Angelo; & ratione diuturnitatis; Et meritò, paſſionis Chriſti, quæ fuit pro hominibus, non pro Angelis;* Igitur vellem potius eſſe Angelum per gratiam, quam per naturam.

D.Th.2.ſen. diſt. 9.

Denique ſi Angelorum ſcientia fuit infuſa: iſta Angelici Doctoris, etiam emulatur cum illa. Rupertus Abbas elucidans, illud Ioannis vndecimo. *Datus eſt mihi calamus ſimilis Virgæ*. Legit Interlinealis. *Similis ſceptro*. Rupertus. *Datus eſt mihi calamus ſimilis Virgæ, ideſt data eſt mihi facultas ſcribendi cum principatu, & omnimoda magiſterij authoritate, vt principatum cathedramque magiſterialem haberem in medio Eccleſiæ, cuius ad pedes ſederent, cuius ab ore penderent, omnes filij Eccleſiæ*. Scitis ait Rupertus, quare Eccleſia, Thomam Angelicũ pingit, cũ calamo, in dextera manu, & cum Eccleſia in altera, vt oſtenderet, quod inter alios Doctores, coronam, ſceptrum, atque principatum tenet, & ſicut Vnicus eſt in nomine Angelici, ita cum ſua Diuina Doctrina, Vnicus in defenſione Eccleſiæ, dicens mihi mihi datus eſt calamus iſte ſcribendi cum principatu, & omnimoda magiſterij authoritate, vnde ab ore meo pendebunt omnes filij Eccleſiæ. Et nè obſtupeſcite, nam in difficultatum declaratione, non eſt homo, qui loquitur, ſed Angelus: qua propter ſua Doctrina fuit magis infuſa, ſicut Angelica, quam acquiſita, de quo dicitur. *Quid quid ſciret, non tam ſtudio, aut labore ſuo peperiſſe, quam Diuinitus traditum accepiſſe*. Perſius.

Rup. Abb. in Ioan. 11. Interl.

Eccleſia.

Il Sol, ch'il Mondo de la Chieſa illuſtra.
Con le dotte, diuine, e ſacre carte,
Et ogn'error ſommerge in cieca luſtra,
Ergendo il ver nè la più eccelſa parte.
Tomaſo egli è, ch'à tutti l'horralluſtra.
Ogni foſco intelletto, e gli comparte.
Luce tal, che ſen vola al nido eterno:
E fuor del lume ſuo, crolla à l'inferno.

Horatio Perſio nel Cãto 8. nella vita di S. Vinc.

Modo audite, Spiritus Sancti verba, per os Dauid pronunciata: *Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis*; Ideſt lingua mea eſt, quidam calamus, qui velociter ſcribit; & qualis eſt iſte calamus? non alius profectò, niſi Angelici Doctoris lingua. Calamus ita velox, qui quatuor diuerſis nationibus, diuerſas doctrinas dictabat; ideo dicitur. *Nam de rebus diuerſis, vno tempore, tribus, quandoq; quatuor amanuenſibus ſcribenda dictabat*. Quam obrem de Diuo Thoma, tanquam Spiritus Sancti lingua, dixit Summus Pontifex Innocentius Tertius. *Qui eam tenuit, nunquam inuenitur à veritatis tramite deuiaſſe, qui eam impugnauerit, ſemper fuerit de veritate ſuſpectus*. Stephanus quoque

pſal. 44.

Eccleſia

Innoc. 3.

que Pariſiēſis Epiſcopus inquit.
Steph. Veſc. *Qui derogat doctrina Diui Thomæ, occultat veritatem; dehonorat Eccleſiam; ipſa enim fulgentiſſimum lumens, candelabrum inſigne lucet, per quem quicunque ingrediuntur, ſcholaſtica doctrina lumen vident.* Lingua certè Spiritus Sancti, quæ vix loquens, confeſtim fluctuoſæ aduerſariorum procellæ euanuerunt. Lingua ſcultica tirannorum, fidelium pabulum; interpres ſcripturarum, Euangelij tuba; Currus Verbi Dei, erectio ſpei, diſpoſitio gratiæ, cordium magnes; Clauis paradiſi aurea, terror inferni; hæreticorum malleus. Ita Epiſcopus Flamma.
Epiſ. Flam. *Malleus eſt Thomas, quo errores conteruntur, & capita hydriæ amputantur.* Lingua Spiritus Sancti Thomas Angelicus, cuius dicendi facundia, centum defatigauit linguas, lingua fax charitatis, Dux deuiatorum, Lampas Mundi, Lumen Eccleſiæ. Ita Vniuerſitas Pariſiēſis.
Vniuer. Pariſien. *Cū Diuus Thomas fuerit vniuerſalis Eccleſiæ lumen præfulgidum, gemma radians Clericorum, Fons Doctorum, Vniuerſitatis noſtræ Pariſienſis ſpeculum clariſſimum, & candilabrum inſigne, ac lucens, velut Stella ſplendida, & matutina refulgens.* Et à Marſilio Perſio.
Mar. Perſ. *Vocatur flos Doctorum.* A Rafenſe.
Rafenſe. *Eccleſiæ ſplendor.* A Vicarijs Chriſti. *Certiſſima regula veritatis.* Lingua Spiritus Sancti Diuus Thomas, ad cuius ſolam labiorum motionem, quam hæreſim non extirpauit? quos populos non erudiuit? quos ſanctos mores non introduxit? quos abuſus non euellit? quæ corda pertinacia non liquæfecit? quas inimicitias non compoſuit? quos morboſos pectus non ſedauit?
Titelmanus. *Beatus Thomas celebris Eccleſiæ Doctor, Adamus Theologiæ, Theologorum Theologus; Alpha litteratorum, nouiſſimus ſapientum, Orbis decor, Dux, lux fidelium, norma, limes, lex morum omnium, vas virtutum, ad vitæ brauium.* Titelm.
Lingua Spiritus Sancti Thomas Angelicus, in alacritate memoriæ, in egregietate concectuum, in proprietate verborum, in copioſitate dicendi, in altitudine ſenſuum, in ſoliditate ſententiarum, in multiplicitate rationum, in claritate difficultatum. Ita Epiſcopus Campaniæ. *Nullum enigma, tam ambiguum, nubes tam obſcura, in quolibet doctrina genere, quā Thomas non reuelauit.* Epiſ. Cāp.
Lingua Spiritus Sancti Angelicus Doctor, in dulcedine admonitionis, in efficacia perſuaſionis, in libertate repræhenſionis, in claritate eruditionis. Ita Gimnaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus. *Siquis ergo ſuis ſcriptis animum imbuerit, mannam, ſeu maximam inueniet dulcedinem, & nullis alijs indiget.* Gimn. Patr.
Lingua Spiritus Sancti Diuus Thomas Angelicus, quia tot Magiſtros in Theologia peperit; tot expoſitores in Sacra Scriptura; tot Authores immortalitati dedit, omnes felices, huius Cæleſtis ſtipitis, Diui Thomæ Angelici ramuſculi. Audite ergo præceptum Diui Patris Ignatij fundator, & Caput Doctiſſimæ Religionis Ad. RR. PP. Ieſuitarum, quod ſuis impoſuit filijs, quarta parte ſuarum Conſtitutionum, capite quarto decimo, paragrafo primo. *In Theologia legetur vetus, ac nouum teſtamentum, & Doctrina ſcholaſtica Diui* S. Ignat. in Conſt. c. 14. §. 1.

Thomæ. In eiſdem Conſtitutionibus, in quinta Congregatione Generali, capite nono inquit. Sequantur noſtri Doctores, in ſcholaſtica Theologia, Doctrinam Diui Thomæ, iuxta praxim in libro de rationeſtudiorum ponenda. Et parum inferius dicit. Neque deinceps ad Cathedras Theologicas promoueãtur, niſi qui Diui Thomæ doctrinæ, benè affecti fuerint. Ab ea vero alieni à docendi munere repellantur. O excellentia, ò magnitudo, Thomæ Angelici, doctiſſimi, eloquẽtiſſimi, miracoloſiſſimi, atq; sãctiſſimi. O lingua Spiritus Sãcti. Vnde, & ſi alij Antiqui Doctores, alijs ſcientijs, præcipuè Dialecticæ dixerunt Vale; Non Angelicus Doctor, quas ſiue Diuinitus, ſiue ſuo labore, forma illuſtrauit, & figura.

Termini, Verbi, Nomi, Oratione.
Propoſitioni, Figure, Equipollenze,
Sogetti, Predicati, Differenze:
Da impazzir non me, mà 'l Gran Platone.
Regule, Segni, Modi, e Diuiſione:
O che bizzarri eſſempi, e ſtran ſentenze,
Sillogiſmi in Barocco, e conſeguenze,
Coſe atte à ſcongiurar ſin mai Plutone.
Ciaſcun non è, e ciaſciun'huomo è bianco,
Chi è Aſino, e chi è huomo, e chi è Animale,
Sorte per troppo correre è già ſtanco.
Queſta si niego, e queſta poco vale,
Significa più queſta, e quella manco,
Dialectica à Dio, si laſcio her Vale.

Dixi, quod Diuus Thomas Angelicus, ſcientias, Diuinitus, forma, illuſtrauit, & figura. Diuinitus profectò, quia non eſt laus magis tuta, quam illa, quæ à Domino gloriæ recipitur; iuxta illud Corintiorum ſecundo, capite decimo. *Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt; ſed quem Deus commendat.* Felix dici poteſt, qui à Domino virtutum, laudatus eſt: quia eſt ita efficax virtus verbi filij Dei, quod nũquam ad eum vacuum reuertitur, vt ipſemet affirmat, per Iſaiam Prophetam dicentem. *Sic erit verbum meum, quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui.* Quod quidem verbum, etiã ſi in vacuo terminaretur, illud impleret, atque exornaret. *Terra erat vacua, & inanis;* Legitur in Initio Mundi. Sed dicendo Verbum Dei. *Germinat terra, erbam virentem;* Statim floribus, & fructibus coronata fuit. Ita pariter dicendo Diuina Sapiẽtia. *Benè ſcripſiſti de me Thoma:* Etiam ſi Thomas, vacuus, ac priuus, hac excellentia fuiſſet, illicò eum (vt Verbum vacuum non rediret) condecorauit. *Quia ille probatus eſt, quem Deus commendat.* Angelus Grillus.

2. Corin. c. 10.

Iſai. c. 55.

Alzaſti tu le ſacre antiche mura
Di Sion, fabro, & architetto eterno,

Men-

Angelus Grillus Rime moral.

Mentre fondaſti il gran Liceo ſuperno.
Sù l riprouato ſaſſo, alta tua cura.
Ed'animate Torri, ond'hor ſicura,
Hà mille Athene apoſtatrici à ſcherno.
L'armaſti intorno, & già l'empia d'Auerno,
Schiera d'error, n'hà lunga aſpra ſciagura.
Ch'à le ſue dotte indottamente ſcole,
Incontro al Ciel, la vincitrice ſembra,
Cielo in fulmine volto, in fiamma acceſo.
Quinci al ſuo lume, ò folgorante Sole
D'Aquino, vedranſi hormai le tronche membra
Del Mondo, vnirſi al ſuo gran capo offeſo.

Stillabat à labijs Thomæ Angelici; Mel Diuinæ Eſſentiæ; modo lac carnis aſſumptæ; modo mirra amariſſimæ paſſionis. Libamus igitur, atq; deguſtamus, mirabilem hanc dulcedinem, Salomonis ſequendo conſilium ſcilicet. *Mel inueniſti, comede, quod ſufficit tibi*. (Prouer. c. 25.) Hic inuenitur ſcientia Theologica infuſa; *Nam quidquid ſciret, non tam ſtudio, aut labore ſuo, ſe peperiſſe, quam Diuinitus traditum accepiſſe*. (Ecclesia.) Per hãc ſcientiam infuſam, certitudinem habuit omnium concluſionum, quæ in myſterijs noſtræ inueniuntur fidei. Diſtillant quoque varijs ex partibus reuelationes; modo à dulciſſimo Ieſu; modo à Spiritu Sancto; modo à Cælorum Regina; modo ab Apoſtolis Petro, & Paulo. Vnde ſi habuit extaſim, per quam multoties fuit raptus in Cælum; præclara illa myſteria ex illo diuino, ac perenni fonte potauit; ideo legitur. *Nullum fuit ſcriptorum genus, in quibus non eſſet Sanctus Thomas, diligentiſſimè verſatus*. A quo ſcientiæ naturales, cum ſuauiſſimo odore manabant, tanquam nõ acquiſitæ, ſed ab Authore omnium ſcientiarum infuſæ, cum ſpeciebus ſimilibus illis Angelorum, ideoque Angelicus: Itaque id omne, quod nos per ſacre ſcripturæ ſtudium acquirimus; Thomas Angelicus in viuo libro ſapientiæ incarnatæ, appræhendit. Et ſi æterna veritas incarnata, viuum illud erat librum, totum ſacris, quaſi varijs floribus, ornatum erat myſterijs; ò quantum mel, à diuino mellis fauo, apis iſta argumentoſa collegit; idcircò *Benè ſcripſiſti de me Thoma*. Eia, pie Lector mel inueniſti, comede, quod ſufficit tibi, quia Diuinum, quod ſuxit liquorem, totum poſtea ad Eccleſiæ beneficium contulit, ita in ſui laudem canentis. *De excelſis Fons Sapientiæ, Sancto Thomæ infudit copiam, tanquam flumen claræ ſcientiæ, rigat totam ſanctam Eccleſiam*. (Ecclesia.) Rigauit Diuus Thomas, Eccleſiam, flumine ſuæ ſcientiæ, ſuam contra infideles tuendo fidem, qui ſophyſticis eam illudebant argumentis; ita Prudentius.

Quid non libido mentis humana ſtruat,
Quid non malorum pruriat?

Sta-

Prudentius Contra Infideles.

Statum laceſſunt omnipollentis Dei
Calumnioſis litibus.
Fidem minutis diſſecant ambagibus,
Vt quiſque lingua eſt nequior.
Soluunt, ligantque, quæſtionum vincula
Per Sillogiſmos plectiles.
Veh captioſis Sycophantarum ſtrophis,
Veh verſipelli aſtutia.
Nodos tenaces, recta rumpit regula,
Infeſta diſertantibus.
Idcircò Thomas, in mundi veſpere
Fit Gedeonis gladius.
Pluſquam Doctores cæteri
Purgans dogma Gentilium.

Verum, modo peto, quæ differentia, inter Thomæ Angelici doctrinam, aliorumq; Doctorum reperitur, dum de eo dicitur, *Pluſquam Doctores cæteri, purgans dogma gentilium*. Reſpondeo cum Diuo Bonauentura, & Beato Alberto Magno, quod aliorum doctrinæ ſunt cibi particulares, vnaquæq; ſuum proprium habet ſaporem. Quemadmodū illa Euangeliſtarū, qui quamuis docti, attamen obſcuri. Auguſtinus ſapiens, ſed difficilis. Origenes prolixus, ſed confuſus. Ambroſius eloquens, ſed breuis. Hieronymus ſcripturalis, ſed aſper. Bernardus deuotus, ſed nōn copioſus. Ariſtoteles. Simplicius. Afrodiſius. Ammonius. Syrianus. Eudemus, & alij omnes litteris eruditi, ſed non Sancti. Doctrina vero Thomæ Angelici, Sancta, eloquens, honeſta, compendioſa, dulcis, facilis, erudita, perdocta, clara, deuota, omniſque ſaporis condecorata; itaque omnes alij ſcientiarum, ſibi diuiſerunt prærogatiuas: Quidam cacumen perſpicacitatis aſcendentes. Quidam varietatum, ac conceptuum inuentores. Quidam loca facilitarunt difficilia. Alijque laborauerunt in modi præparatione, confundendi aduerſarios. Solus Thomas Angelicus, Diuina fauente gratia, in ſuis coniunxit ſcriptis, eruditionem cum perſpicacitate; facilitatem cum ſoliditate; dilectionem cum vtilitate. Oſtenditur copioſus diues, ſed non prodigus, breuis, ſed nō cōfuſus; oppoſitiones ſoluit, ſed non diſſimulat. Ita Beatus Albertus Magnus ſuper Lucam.

D. Bonau. B. Alb. Mag.

Habent homines reperiri, in triplici differentia, in præſenti vita, & ſeculo. Quidam habuerunt ſcientiam profundam; ſed non habuerunt claritatem, vt Euangeliſta, licet dixerunt magna, tamen obſcura, ex hoc quidem plures ſunt effecti hæretici, vt Manicheus, Valentinianus, Apollonius, nō benè intelligentes eorum dicta; Quidam alij habuerunt ſcientiam claram, & profundam, ſed non habuerunt ſanctitatis ſigillum, quod eſt principale in Doctore; quia vt dicit Phyloſophus libro de pomo, & morte. Docentes alios, mentiri non debent. Et Diuus Hieronymus ad Paulinum præsbiterum. Viliſſimus computandus in ſcientijs, niſi præcellat ſanctitate, quæ eſt honore

Alber. Mag. ſuper Lucam.

pre-

praſtantior, ideo Chriſtus Matthei Barel. ſerm. S. Thom. *quinto ait. Qui autem fecerit, & docuerit, hic Magnus vocabitur in Regno Cælorum. Quidam alij fuerunt, qui habuerunt ſcientiam profundam, & claram, non dubioſam, non ſcrupuloſam, non fantaſticam, & habuerunt titulum ſanctitatis, & bona vita. Et innumero iſtorum fuit Thomas Aquinas, qui miſſus eſt à Deo ad declarandum dubia, & obſcuritates:* Ita ſubiungit Eximius Doctor Bareleta.

Miſit. Deus, ante tempus præcurſorem Ioannem, vt viam vnigenito filio prepararet. Da- Pſal. 131. uid. *Paraui lucernam Chriſto meo.* Diuus vero Pater Auguſtinus hoc cõſiderans admiratur, dicẽdo, ad quid deſeruit hæc lucerna Soli? ſi Sol eſt fons lucis egit nè lucerna? Auguſtinus. *Sed cur* Aug. hic. *ò Domine lucerna Soli? ſi Chriſtus tuus, homo factus Sol erit, ad quid Soli lucernam paras? nunquid fons luminis, lumine lucerna egit, vt videatur?* Reſpondet Auguſtinus. *Vt inimicos eius induant confuſione, & vt ſuper ipſum Chriſtum, plus effloreat ſanctificatio mea.*

Certè Angelici Doctoris elogia, atque encomia, hic maximopere fulgent, videte; nam alij Doctores, vt inquit Grego- rius. *Lucerna ſunt. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus,* D. Greg. ho. 25. in Euãg. *cum per bona opera proximis noſtris, lucis exempla monſtramus.* Thomas Angelicus, Sol; qui inſtar prætioſæ gemmæ, ab Eccleſia in ſuo pectore collocatur. Modo ſimul coniungite Solem, cum lucerna, quis horum lumine indiget, lucerna; aut Sol? vtique lucerna. *Nunquid fons luminis, lumine lucerna egit, vt videatur.* Omnes ſunt Doctores, ergo ad quid ſimul vnire, has cum Sole lucernas? Reſpondeo. *Vt inimicos eius induant confuſione, & vt ſuper ipſum plus effloreat doctrina, & ſanctificatio eius.* Religioſus quidam Sacri Ordinis Seraphyci, hoc totũ affirmat. *Cum Thomas Aquinas diſputaſſet nimis, & acutè, vltra vi-* Barel. *res humanas; Quidam Religioſus Ordinis Minorum admirans de eo ſuper tantam ſapientiam, in ipſum reſpiciens, vidit radios ſplendentes procedere ab eius facie, vt Soli; in hoc Deus oſtendebat, quod debebat eſſe Sol; & lumen Eccleſiæ.* Vnde dulcibus canit concentibus, Iſpanica muſa, Angelici Doctoris egregia dona; Diui Thomæ dico, cuius ſcientia fuit Diuina.

Si es Thomas, aun mas que todo
En todo, el todo es Thomas
Pues en cada parte, ay mas
Por mas, que haya, en qualquier todo.
Tiene tù ciençia tal modo
Tal eminençia, y tal arte
Que aunque, en partes la reparte
Ninguna puede igualalla
Pues toda, en el todo ſe alla
Y ella toda, en qual quier parte.
Cada parte vn todo es
Y aunque tres vno no mas

Por-

Porque es Diuino Thomas.
Y eſta todo, en todas tres
Aunque diſtintas las ves
Todas tres por Excellençia
Incluen ſola vna ciençia
Porque como es infinita
Ni le añade, ni lequita
De partes, la diferençia.

Fortaſſis deſunt excellentiæ? Deficiunt laudes, atque prærogatiuæ? minimè, ſed hoc eſſet, quaſi in infinitum procedere, ſi vellem omnes perfectiones, omneſque virtutes, quæ à Diuinó Opifice, Mirabili Magiſterio, Diuo Thomæ *Angelico*, lineatæ fuerunt; ſolūmodo hoc tantum proferam verbum. O Thoma, ò Doctor inclite, ò *Angelice*. Sola lingua *Angelica*, eruditè de te loqui poteſt. Deficiet profectò omne mortale ingenium, quamuis ſublime, verba in tui laudem componere. Imò facilius eſt, Pigmeos cum Gigantibus contendere greſſibus, quam infinitas ferè tuas; à finito menſurati intellectu prærogatiuas.

Quapropter, toto corde te rogo, te deprecor: quemadmodum, dum mortalis eras, huius Cæli Virginei tuæ Sacratæ Religionis amator fuiſti. (Quaſi Pater, & Patriarcha Dominicus, eam genuit, tu educaſti; ille fuit Mater; tu nutricula; ille fuit origo; tu perfectio; ille truncus; tu germen; ille nutrimentum; tu augmentum; illi pueritiam debemus; tibi iuuentutem; illi fundationem; tibi amplitudinem; illi ſemen; tibi collectionem) Nunc qui in Cælo glorioſus, & immortalis regnas, eam, & nos ab hoſte Protege; gratiam modo impetrando, gloriamque in futuro. Amen.

HIEROGLYPHICVS GLORIOSI PATRIS DIVI VINCENTII FERRERII

SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

CÆLVM VIRGINEVM

VINCENTI DOCTOR, ET VIRGO, GEMINIS CORONIS. Eccleſia.
INTER ILLVSTRES ANIMAS REFVLGES, MVNERE CHRISTI.

ARGVMENTVM.

TVBA SPIRITVS SANCTI.

RES certè difficilis, ac ſummopere oneroſa, cum eloquenti lingua, ſufficientique calamo, in papiro deſcribere, ſimul cum Phyloſophis, hominis veram, realemque diffinitionem: dum illam, ſui diuini, pro ſigillo diſcurſus, Maior, inter omnes propoſuit ſapientes, nimirum ſapientiſſimus Eccleſiaſtes. *Deum time, & mandata eius ſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Eccleſ. c. 12. Quod eſſe hominis, poſtea in ſola Imagine, vel exteriori forma conſiſtat, cedo, deditionem facio, victum declaro, nam per bonam deducitur conſequentiam, quod etiam Mutæ ſtatuæ, depictæ tabulæ, humanique aſpectus, homines erant: Virtus quoque tanquam mala,

H &

& inutilis relegari poterit: Vitium, vt dulce, ac ſapidum amplexari, non, non. Eſſe hominis, eſt timere Deum; nam quanto magis egregius, ſublimis, illuſtris, præclarus, coronatus, ditatus, exaltatus, vſque ad ſydera eſt aliquis; ſi Dei caret timore, ſolum hominis apparentiam, ac nomen habebit, iuxta illud Herodoti. *Multi ſunt homines, Viri pauci.* Et Diuinus Salamon, cum totum inſpiceret mundum, non inuenit ſecundarium, cui hominis nomen tribueret, dicens. *Virum de mille, vnum reperi.* Quis eſt iſte vnus de mille? Diuinus Spiritus promulgat dicens; eſt eximius, præclarus, egregiuſque Vincentius Ferrerius, electus ex millibus, ita Dominicana canens Eccleſia: *Mihi omnium Sanctorum data eſt gratia hæc, ingentibus euangelizare, inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes.* Scilicet ego, vt Chriſti Apoſtolus, ac Prædicator, teneor in homines perditam Dei Imaginem imprimere, ſuoſque filios efficere; Hoc cum præclaro, ac ſalutari Antitodo. *Deum time, & mandata eius ſerua, hoc eſt omnis homo. Quod idem eſt. Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius.* Et quid mirum, ò Docti ſi Vincentius, Diuinorum erat Arca ſecretorum; Epilogus Chriſtianæ obſeruantiæ; Stillatum prædicationis Euangelicæ; Norma ſupernaturalis prudentiæ; Idea morum religioſorũ; Collectio egregiarum virtutum. Repercuſſio Angelicæ illuſtrationis; Arrha Sãctiſſimæ Vitæ, Securitas letæ, ac iucundæ mortis; Antitodum contra vitiorum venena; Armamentarium contra omnes inferni machinas; Turris Dauid cõtra Satanæ inſidias; Finis omnis ſpiritualis edificij, Minera omnis virtutuoſi exercitij; Fornax Cæleſtis flammæ Pelagus ſupernæ dulcedinis; Abiſſus cæleſtium myſteriorum; Medicina languentium; Dux ambulantium; Pax claudicantium, & Paradiſus diuina, meditantium. Perſius.

Herodotus

Eccleſia

Vincenza mirato il ſuo Dio pietoſo, e fiſſo
Queſti accenti gli vſcir di bocca fuore
Noi predicamo Chriſto Crocifiſſo
Timete il gran Signor, dategli honore.
E aprendo il teſoro, e il ſacro abiſſo
De le gemme note, alto ſtupore
Rende, correge, prega, e patiente
Hor moſtra il Cielo, e hor l'Inferno ardente.

Horatio Perſio nel loc. ſopr. cit. Canto 5.

Nobilis encomij materia. *Vincentius exiuit vincens, vt vinceret.* Exiuit, vt Spiritus Sancti Tuba, contra Satanam, mundum, & carnem præliando. Exiuit cum galea diuinæ gratiæ. *Mihi omnium ſanctorum data eſt gratia hæc.* Exiuit cum Clypeo Sacramentorum. *Sacramenti abſconditi in Deo.* Exiuit cum gladio propoſiti Thematis. *Timete Deum, & date illi honorem.* Exiuit, vt Angelus, valoroſus, fortis, ac bellipotens, inimicos terrens, Iudeorum diſſipando copias, ad Chriſtum Viginti-

quin-

quinque millia conuertendo. Deſtruxit Paganorum Ciuitates. Et ſupra octo millia Saracenorum relicto Mahumette ad Eccleſiam adduxit, cum ſolo themate. *Timete Deum*. Dicamus ergo cum eadem Eccleſia. *Vincenti, Angelus alter penitus fuiſti ille, qui Cœli, medium volabat, nuncians cunctis populis, & linguis Iudicis horam*. Sed contra hos, qui Deorum ſimulacra colunt, addit Sedulius libro primo.

Sedulius lib. 1.

Heu miſeri, qui fana colunt, qui corde ſiniſtro
Religioſa ſibi ſculpunt ſimulacra, ſummque
Factorem fugiunt, & quæ facere verentur
Quis furor eſt, quæ tanta animos dementia ludit
Vt volucrem, turpemque Bouem, tortumque Draconem,
Semi hominemque canem, ſupplex homo pronus adoret.

D. Hier.

Diuus vero Hieronym. de Satana loquẽdo, hæc poetica verba de eo intelligit. *Cui nomina mille, mille nocendi artes*. Mille nominibus gaudet, quia ſe in mille transfigurat formas. Sed Vincentius vt electus ex millibus, contrà eum, mille cum Timete Deum inuenit antitoda. Vnde ſi ſecundum Apoſtolum Petrũ. *Leo appellatur*. Quia fortis eſt. *Timete Deum*. inquit Vincẽtius, nam qui Deum timet, eſt contra Satanam in expugnabilis Arx. *Vulpes, à Salomone vocatur*. Quia verſutus eſt. Deum time, vt ſis minera omnis virtuoſi exercitij. *Vrſus, à Geremia nominatur*. Quia pietate caret, ſed qui timet Deum, eſt armamẽtũ cõtra omnes inferni machinas. *Serpẽs dicitur à Dauide*, quia inſidiator eſt. Timete Deum, vt ſitis norma ſupernaturalis prudentiæ. *Draconis habet nomen, ſecundum Iob*. Quia venenum vomit; ſed qui timet Deum, eſt pelagus ſupernę dulcedinis. *Scorpionem nominat Regius Propheta*, quia fingit amplecti, & occidit. Deũ time, vt ſis repercuſſio Angelicæ illuſtrationis. *Aſpis, & Baſiliſcus à Pſalmiſta intitulatur*, quia medicamine, ſua vulnera carent: qui vero timet Deum, è Cœlo venit Medicus. *Bonis nomine gaudet, ait Moiſes*: Carpens herbas vſq; ad radices, quia germina virtutũ, radicitus euellit. Timete Deum, & eritis pulcherrimus Virtutum Hortus. *Equus à Ioanne in Apocalipſi appellatur*, quia indomitus eſt. Qui timet Deum, eſt humilitatis abiſſus. *Canis à Diuino Salomone vocatur*, quia ſemper contra virtuoſos latrat. Timete Deum vt ſitis regula, Chriſtianæ obſeruantiæ. *Muſca à Luca Euangeliſta deſcribitur*, propter importunitatem, ſed qui timet Deum eſt Arca perfectionis euangelicæ. Concludat ergo Bernardus Mellifluus. *Heu, Heu mihi, quia vndique bella mihi video, vndique tela volant, vndique tẽtamenta, vndique pericula, quocunque me vertam, nulla ſecuritas eſt.* Irridet communis iſte inimicus, aſſiduas orationes. Pro nullo habet canere pſalmos. Contemnit receſſum vitij. Parũ exiſtimat, quamlibet ſanctitatẽ. Gloriatur verò, mille decepiſſe fallacijs, Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Confeſſores, Bern. lib. medit.

Virgines ac cuiuſcunque ſtatus, quemlibet alium, vt verificetur. *Qui nomina mille, mille accendi artes*. Taſſus.

Taſſo nel lib. 5.

Qui mille immonde Harpie vedreſti, e mille
Centauri, e Sfingi, e pallide Gorgoni,
E latrar Cani, e monſtruoſe Scille,
E fiſchiar hidre, e ſibilar Pitoni,
E vomitar chimere atre fauille,
E Poliſemi horrendi, e Ger toni.

Modo ad extinguendam, ita prævalidam inferni flammam. Ecce accenſus ignis amoris illius, qui cæleſte illuminat domicilium; quando è Cælo, Patria fæliciſſimorum amantium, diuinum miſit ignem; ab ipſo Chriſto in hac valle miſeriæ allatum. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, vt accendatur?* Volo inquit Chriſtus, quod vnus ignis extinguat, & conſumat alium ignem. Sed quis eſt iſte ignis è Cælo miſſus? Reſpõdeat Eccleſia, Vincentius Ferrerius, iſte eſt ignis cæleſtis, ac diuinus; dum canit. *Tactus è Cælis, operam dediſti, ſemper ardenti, reſonando ſacrum pectore Verbum*. Et quare? *Vt Dæmonũ ſenos, reprimis furores*. Formoſa flamma cæleſtis, quæ, non conſumit, ſed perficit, non fuſcat, ſed ornat, priùs orta in cælo, poſtea educata in terris. Eccleſia *Vincentius, rectè dictus; per quem hoſtis eſt deuictus, mira cum victoria: Attentam matrem reddidit: latrans in ventre catulus, vt quæreret quem edidit, qualis eſſet infantulus.*

Eccleſia

Eccleſia in. ſeq. Miſſæ.

Verum quale ſit poſtea, omnium ſcripturarum compendiũ. Contra omnia vitiorum venena antitodum. Summarium, ſeu Euangelij epilogum, Ecce *timete Deum, & date illi honorem*. Hoc eſt, omnium virtutũ forma. Diſcipulorum Chriſti Doctrina; Incarnationis Verbi finis. Et additur; *Quia venit hora iudicij eius*, ſine cuius memoria, virtutes transformantur in vitia, ſanctitas in hypocriſiam, lex ſuauis filiorum, in graue ſeruorum opus. Eia, Eia, Vincenti Spiritus Sancti tuba, vlula, & vt tuba exalta vocem tuam, annuncia Populo; Simulque toti mundo hanc diuinam phyloſophyam, nempè Timete Deum, vt cum extraordinaria Apoſtoli poteſtate, tibi à Redemptore tradita, pænitentes animas, ad Cælum pertrahas, ſacrilegaſque Satanæ, conculcas inſidias. Perſius.

Perſio nel Cant. 3.

Scorgendo all'hor Vincenzo il moſtro crudo
A poca luce d'vn luminoſo acceſo,
Non temè nò, ma più ſi ſtringe al nudo
Suo Chriſto, ſuo valor, ſuo cor immenſo.
S'arma la fronte co'l tremendo Scudo
Di Croce inuitta, e quì dolore intenſo
Sente il Demon, che ſi contorce in mille
Guiſe, e ſpira dal cor fiamme, e fauille.

Et verè nobiliùs obiectum, non iſpicio, ac magis proportionatum, quod poſſit opacare Timete Deum, ſuper caput Eximij Vincentij appoſitum, inſtar Diadematis niſi Arcus Cæleſtis, qui vt docent Philoſophi, in ſui apparitione, tutam indicat ſpē, atque pacem: quare depreſſa ventorum ſuperbia, ac Cæli catarrhacta clauſa, lætam tranquillamque annunciat ſerenitatem. Eius verò varij colores, varios cōprehendunt conceptus, nam color cæruleus, nempè cæleſtis, aquam ſignificat; color rubeus ignem, color herbeus, ideſt viridis, terram herbis indutam: argumentū certè, quod liberaliſſimus Dominus, his ſignis promittit, quod color ignis interpoſitus inter aquam, & terram, quæ beneficio temperati humoris; viridi induta lanugine, animalibus pro tuta cuſtodia, atque ſubſtento deſeruiat. Erat Mundus ante Vincentij Ferrerij aduentum, propter infinita peccata caliginoſus, & fuſcus, naufragium iuſtis minitando, peccatoribuſque mortem. *Quando ecce Chriſtus, glorioſo, & inclito Vincentio fulgentiſſima, & feſtiniſſima ſpecie affuit, cinctus agminibus Angelorum, ac Sanctis Patriarchis Dominico, & Franciſco comitatus, qui leniter tacta Vincentij Maxilla; Eum ſurgere à lecto præcepit & ſuauiſſimis verbis ſolatus eſt; atque etiam iuſſit, vt per diuerſas Mundi regiones, verbum Dei omni ſtudio prædicaret, iamque imminentem ſeculi finem, & extremi Iuditij diem denunciaret.* (Eccleſia.) Quia ſi color cæruleus Iridis Cæleſtis; rappræſentat aquam ſignificantem gratiam. Color flauus, ideſt rubeus ſignificat ignem, Spiritus Sancti perſonam figurantem. Color viridis, viuam denotat ſpem poſſeſſionis gloriæ. Quod nunc eſt tempus acceptabile, nunc dies ſalutis pænitentiam agendi, aliter iuditij horam prædicaret: *In qua ignis ante ipſum præcedet, iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita: reddetque homo de omni verbo otioſo rationem:* (Pſal. 109. Matth. 12.) Confirmat mirabiliter totum, Diuus Gregorius homilia ſexta, ſuper Ezechielem. *In arcu color aquæ, & ignis, oſtenditur ſimul; quia ex parte eſt cæruleus, & ex parte rubicundus, vt vtriuſque iuditij teſtis ſit, vnius videlicet faciendi, & alterius facti.* (Greg. hom. 6. in Ezech.) Marinus.

(Marino Rime diuerſe, nelle diuot.)

Ahi con che froda inſidioſa, e ria
Il Mondo mentitor n'alletta, e'nganna
Appoggiar noſtra ſpeme à fragil canna
Che ſi ſpezza, e ne fere è ben follia.

Faſto, pompa, teſor, tutto è buggia
Il non temer à Dio gli occhi appanna
Copre il toſco di mele, il fel di manna,
E promette Racchele, e poi dà lia.

Non ſi creda à ſuoi vezzi, ei grida
Perche ſtudia di tradir, mentre luſinga
E miniſtro di pianto all'hor che ride.

Coſi

Così s'auien, ch'altrui con arti inſide
O vipera, ò ſcorpion lambiſca, ò ſtringa,
Baciando morde; & abbracciando vccide.

Feſtiuus, ac iubilans glorioſus Vincentius, illicò gaudenter ad Pontificem pergit, benedictionem petijt, diſcedendique licentiam; quam negans Summus Pontifex, ſciens quanta vtilitate erat, habere apud ſe ſeruum Dei, quem determinauit Cardinalē creare. Barel. *Beatus Vincentius Vir humilis fuit. Multi tunicam eius ex deuotione accipiebant, atque etiam pilos Aſini ſui; quos humiliter arguebat, inquiens, nolite hoc facere filij mei, ego non ſum, quem quæritis. Et cum Benedictus Papa vellet eum Cardinalem facere, ex humilitate renuit.* Bened, Papa *Intellexit eſſe verum illud, quod dicitur. Quicumque primatum deſideraueris in terra, inueniet confuſionem in Cælo; De talibus vbi ſunt?* Angelus Grillus.

Angelo Grillo nelle mor. Canſ. 17.

Fulgidi ceppi, e lucide catene
Son gli ſcettri reali, e le corone.
Onde in bando ſi pone
La bella libertà, l'hore ſerene
Chiara miſeria, ond'in ecliſſe oſcura.
La vita de gli Auguſtiſſe prigion dura.

Tādem coactus Beatus Vincentius; Benedicto ſummo Pōtifici, Ieſu Chriſti manifeſtauit præceptum, quo audito, ſtatim conſenſit, cum Cæleſti benedictione abire. Et incipiens, vt Spiritus Sancti Tuba, ſumma efficacia, verbum Dei prædicare; populos ad aſperam pænitentiam, ac magnos lacrimarum riuos excitabat, taliter quòd propria peccata publicè, & coram omnibus confitebantur. Vnde concludit Eccleſia. Eccleſia *Incredibile dictu, quam vberes animarum ſalutis, fructus ex ſua prædicatione reportaret. Supra centum millia perditorum hominum ad meliorem frugem, & ante acta vita ſeriam pænitentiam traduxit. Pluſquam viginti quinq; millia Iudeorū ad Chriſtū cōuertit, & ſupra octo millia Saracenorū, relicto Mahomette, ad Eccleſiam adduxit.* Sed quid mirū Fratres, ſi Vincentius, vt alter Angelus erat donis, gratijs doctrina, & eloquētia condecoratus. *Angelus alter, penitus fuiſti, ille, qui Cæli medium volabat, nuncians cunctis populis, & linguis Iudicis horam.* Anſaldus Cebà

Viue fiamme d'amor, ſoaui, e care
Bellezze, è ſtato torbido, e tranquillo
Queſti cantò, l'aria, e la terra vdillo,
E l'vdì dolcemente il Cielo, e'l mare.
E fuſſi dolce il ſuono; e fur ſi care
Le voci, onde dal volgo Amor partillo,
Che qual più da vicin poſcia ſegnillo,
E roco, & aſpro à l'aureo canto appare.

mai

Anſaldo Cebà

Mai non pianſe Vincenzo, mai non riſe,
Che non piangeſſe, e non rideſſe ſeco
Chiunque adaſcoltarlo, vnquà ſi miſe.
Nè mai quanto egli vidde, e penſo meco,
Che quaſi troppo al Sol, queſti occhi affiſe,
L' non rimanghi al primo ſguardo cieco.

Et nè argumenti filum ammittamus, curioſum vobis dubium propono, videlicet. Quare Apoſtolus Chriſti Vincentius, nuncians populis, Iudicis horam, cum ſolo digito (vt ab Eccleſia pingitur) hunc cæleſtem Diadematem, Timete Deum, oſtendit. Dixit Diuus Thomas Angelicus, ad Epheſios primo, lectione tertia.

D. Th. ad epheſ. 1. lec. 3. *Quod Deus ſicut Apoſtolos ad ſingularem dignitatem vocauit, ita ſingularis gratia, priuilegio dotauit.* Et Dominicana Eccleſia cupiēs inclyti Vincētij præclaras enarrare prærogatiuas, Eum, hominem diuinum, atque apoſtolicū in opere, & ſermone potentem appellat dicens.

Eccleſia. *Vincentius Ferrerius vir planè diuinus, & apoſtolicus potens in opere, & ſermone.* Ergo ſingularis gratiæ, priuilegio dotatus, ergo cum ſolo digito chirographum, Timete Deum oſtendens, demonſtrat Mundo, peregrinam Vincentij gratiam, poſt Apoſtolos ad hoc prædicationis officium electi, ſecundum Cor ipſius Dei, qui in hac vita puniendo, atque obiurgando, vno ſolum digito vtitur: vbi in die Iuditij, totam depromet manum, iuxta Hieremiam Prophetam dicentem.

Hier. c. 16. *Oſtendam eis per vicem, hanc manum meam, & ſcient quia nomen mihi Dominus.* Sed nunc peto; quando Pharaonem demerſit in mare. Quando ſuper Pentapolim pluit ignem. Quando combuſſit turmas impij Achab. Quādo pluit lapides ſuper Gabionitas. Quando decollauit, quaſi totam tribum Beniamin. Quādo conſumpſit exercitum perfidi Sennecherib, Centum octuaginta quinque millia militum. Quando aperuit fontes Abyſſi, & miſit Dilluuium. Quando à Paradiſo, noſtros primos parentes eiecit, & in hac valle miſeriæ confinauit, dicite mihi; in his omnibus ſupplitijs, quo inſtrumento Dominus vſus eſt noſter, manu, an digito? Reſpondeo, ſtrages hæc, ſolius digiti opus fuit; Hic digitus, deſtruxit Ægyptum, ideo dicebāt. *Digitus Dei eſt hic.* Immo totū cōfixit infernum, maximè eius Principem, quem ſolo digito, vt Exodi tertio habetur. *In digito Dei eycio Demonia.* Exodi 3. Quapropter, Cæleſtem Diadematem, quem ſuper caput eximij Vincentij Eccleſia pingit, illum ipſe Vincentius ſolo digito oſtendit. *Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iuditij eius.* Vbi in extremo iuditio. Iuſtus Iudex, totam manum impendet, ideoq; ait. *Oſtendam eis per vicem hanc manum meam.* Quæ Domini manus à toto mūdo ſufferri non poteſt. Iob: *Manus Domini tetigit me:* Chryſoſtomus. *Ideſt iuſtitia Domini tetigit me.* Iuſtitia hæc in die iuditij, nonāplius cum digito puniet, ſed manu, cuius vim, totus mundus ſubſtinere non poteſt

Iob 19. Chryſoſt.

teſt, vt ait Phylonhębreus. *Manus enim eius, nec à tota quidem terra, immo nec à mundo vniuerſo, ſubſtineri poſſet*. Ideo prædicando Vincentius, volenſque ſolam huius manus vmbrã, populo oſtendere, dicendo Surgite mortui venite ad Iudicium; triginta millia homines, hoc audientes verbum, velut mortui in terra ceciderunt. Comprobatur hoc, ex eius hiſtoria affirmante. *Quod dum Beatus Vincentius prædicaret de iuditio vniuerſali, & diceret illud verbum, Surgite mortui, venite ad iuditium, quod vox illa, fuit tanti clamoris, quod omnes, qui aderant, trina vice, quaſi mortui in terra cecidere. Et tunc ad eius prædicationem aderant, quaſi triginta millia homines. Et quidam Monachus, qui cupidus erat ipſum audire, ſed non valens, in campanili aſcendit, & per quadraginta miliaria, eius ſermonem audiuit, atque clamorem eius, Surgite mortui venite ad iuditium*. Ergo ſi rudi peccatores audientes, ſurgite mortui, tãquam mortui in terra ceciderunt. Quid erit de his, Deorum ſimulacra adorantibus? qui foris boni apparent, intrinſecus, ſunt lupi rapaces? Taſſus.

Lib. 1. de Vita Moyſ.

Barel. in ſer. D. Vincen.

Come in bel prato trà fioretti, e l'herba
Giace ſouente angue maligno aſcoſo:
Come in bel vaſo, de viuanda acerba
Si cela, ò d'empio ſucco, e velenoſo,
Come in bel pomo ſpeſſo anco ſi ſerba
Putrido verme, ond'egli è infetto, e roſo:
Così voglie, e penſier maluagi, e opre,
Sotto vel di bellezza, altri ricopre.

Taſſo nel lib. 2. delle ſue Rime.

Eſt modo controuerſia. An Spiritus Sancti dona, fuerunt in hoc mundo, cum ſolo digito, an cum tota manu ab ipſo conceſſa. Reſpondeo, cum ſolo digito. *Dexteræ, Dei tu digitus*. Ad differentiam gratiarum, quæ in Cælo, cum tota manu conferuntur. Quod Spiritus Sanctus, in hoc mũdo, cum ſolo digito gratias impertiatur, non ſolum hoc Eccleſia docet. *Tu ſepti formis munere, Dextera Dei tu digitus, tu rite promiſſum Patris, ſermone ditans guttura*. Sed omnes, cum Dauid confitemur. *Tunc ſatiabor cum apparuerit gloria tua*. Idcirco quanto magis dona, beneficia, & gratias largitur, tanto minus, noſtra ſaturatur anima, nam in ipſo ſolo quietem inueniet, iuxta illud. *Inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te*. Octauianus.

Eccleſia

Pſal. 16

Ampla nimis mea mens, totus non ſufficit Orbis.
Anguſtum eſt, quicquid terra fretumque parit,
Non tamen explebit, diuini ſcilicet vnus
Expleuiſſe poteſt, mentem, animumque Deus,

Octauio del Tufo

Dicit autem Propheta. *Vinum*
Iſaiæ c.1. *noſtrum mixtum eſt aqua*; Scilicet omnes gratias, quas à Spiritus Sancti digito recipimus, ſit aqua tribulationum mixtæ, aut in corpore, aut in anima. In corpore fames, ſitis, frigus, calor, infirmitas, oppreſſio. In anima, paſſiones, fallaciæ, inordinate affectiones, &c. Ab his perpeſſionibus, tres producuntur Actus, fundati ſuper tres virtutes, à Spiritus Sancti bonitate largiti. Fides, Spes, & Charitas, ex quibus deducuntur alij tres Actus. Credere; Sperare, & Amare. Credere, Primæ conſentiendo Veritati. Sperare; Summæ confidendo liberalitati. Et amare, ideſt; totocorde, infinitam diligere bonitatem. Summum verum, vt tale eſt obiectum fidei. Summum difficile, eſt obiectum ſpei. Summum bonum, eſt Charitatis obiectum: iſta ſunt merita digiti Spiritus Sancti; quibus in Paradiſo cum manu, tria ſubſequuntur premia, quæ ſunt Clara viſio, ſecura poſſeſſio; & infinita delectatio.

Hæc infinita felicitas, quam benigniſſimus Deus, liberaliſſimè, ſuis caris, ac dilectis amicis donat; non poteſt propter egregiam perfectionem, vno nominari nomine; ideo, in Sacra ſcriptura, varijs appellatur nominibus. *Vocatur, Vita, Requies, Lux, Charitas, Gaudium, Pax, Libertas, Torrens, Flumen, Cæna, Regnum, Gloria, Ciuitas, Domus, Mons, Nidus. Tabernaculum, Atrium, Nuptiæ, Callauinaria, Paradiſus, Gratia, Hortus, Silua, Brauium, Merces, Terra, Cælum nouum, futurum ſeculum eternum.* Vitam, vocat Ioannnes; *Vitam*
æternam dò eis. Requiem, Apoca- Ioan.c.10.
lypſis. *Vt requieſcant à laboribus*
ſuis. Lucem, Sapientia. *Lux per-* Apoc 14.
petua lucebit Sanctis tuis Domine.
Claritatem, Diuus Paulus. *Con-* Sapien.18.
figuratum corpori claritatis ſuæ. Phy'. 3.
Gaudium. Euãgeliſta Mattheus.
Intra in gaudium Domini tui. Pa- Matth 25.
cem, Dauid. *In pace in id ipſum,*
dormiam & requieſcam. Liberta- Pſal.30.
tem, Apoſtolus. *In Libertatem*
Gloriæ filiorum Dei. Torrentem, Rom.8.
Pſalmus. *Torrente voluptatis tuæ*
potabis eos. Flumen, Iſaias. *De-* Pſal.35.
clinabo ſuper illum, ſicut Fluuius
pacis. Cænam, Lucas Euange- Iſai. 66.
liſta. *Homo quidam fecit Cænam*
magnam. Regnum, Chriſtus. *Ec-* Luc. 14.
ce ego diſpono vobis, ſicut diſpo-
ſuit Pater meus Regnum, vt eda- Idem 22.
tis, & bibatis ſuper menſam meam
in Regno meo. Gloriam, Regius Pſal. 149.
Propheta. *Gloria hæc eſt omnibus*
Sanctis eius. Ciuitatem, Scriptor Apoc. 22.
reuelationum. *Vidi Ciuitatem* Ioan. 24.
Sanctam Ieruſalem. Domum, Sal-
uator. *In Domo Patris mei, man-* Pſal.14.
ſiones multæ ſunt. Montem, Da-
uid. *Domine, quis habitabit in ta-* Apoc.15.
bernaculo tuo? aut quis requieſcet
in Monte Sancto tuo? Taber- Cant.1.
naculum, & Atrium, Idem. *Quam*
dilecta tabernacula tua Domine Luc. 23.
virtutum; concupiſcit anima mea
in Atria Domini. Nuptias, Apo- Ioan. 1.
calypſis. *Venerunt Nuptiæ Agni.* Heſter. 1.
Cællauinaria, Salamon. *Intro-*
duxit me Rex in Callaria ſua. Pa- 1. Cor. 9.
radiſum, Chriſtus. *Hodie mecum*
eris in Paradiſo. Gratiam, Euan- Can. 4.
gelium. *Gratiam, pro Gratia.*
Hortum, & Siluam, Heſter. *Fe-* Matth.25.
cit Aſſuerus conuiuium in veſtibu-
lo Horti, & nemoris. Brauium, Apoc. 21.
Apoſtolus. *Omnes currunt, ſed*
vnus accipit Brauium. Coronam, Iſai. 9.
Cantica. *Veni de Libano, veni*
coronaberis. Mercedem, Euange-

lium. *Voca operarios, redde illis Mercedem.* Terram, & Cælum nouum, Ioannes. *Et vidi Cælum nouum, & Terram nouam.* Futurum ſeculum, Iſaias. *Pater futuri ſeculi Princeps pacis.* O Cæleſtis, & diuina Patria, vbi ōnipotens Deus, liberaliſſima manu, infinitis præmijs, ſuorum dilectorum remuneratur merita filiorum. *Cum ſit Beatitudo, ſtatus omnium bonorum agregatione perfectus.*

Sepè fidelis, deſiderat eſſe Beatum, dicens, vellem eſſe felicem, vellem viuere ſemper, vellem cum ſanctis gaudere, ſed vitat facere, quæ ſancti operati ſunt; nimirum, in timore Dei ſtabiles; in amore feruentes; in orationibus expediti; in fide puri; in Charitate firmi; in veritate clari; in pace tranquilli, in aduerſitate fortes; in proſperitate timidi; in conuerſatione pergraues; in peccatis inſenſati; in Cæli deſiderio ardentes; in Dei laude laborioſi; in propria conſcientia ſedati; in offenſionibus magnanimi; in omni actione illuſtres; non, non in Paradiſo, non ingrediuntur, niſi ſolum illi, qui ſuper cor, diuini amoris, ſignum ferunt. *Audite Ioannem. Ex tribu Iuda,*
Apoc.c.7. *duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben duodecim millia ſignati. Ex tribu, & cætera.* Sed quis eſt iſte ſignator? quale erit ſignum? quotque erunt ſignati? Reſpondet Apoſtolus. *Vidi alterum Angelum:* Hic eſt ſignator. *Habentem ſignum Dei viui*, Hoc eſt ſignum. *Centum quadraginta quatuor millia ſignati;* Hic eſt numerus. *Vidi alterum Angelum aſcendentem.* Angelus iſte non eſt alius, niſi Chriſtus, de quo dicitur; *Magni conſilij Angelus, aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Qui aſcendit,* Prouer.c.3. *iſte eſt, qui deſcendit in inferiores partes Terræ.* Signans hos, qui Paradiſum ingrederentur. Sed quali ſigno? non alio, niſi Crucis ſigno; *Ideo clamabat, quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari, dicens, nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.*

Notate Docti, verbum iſtud (ſignemus) quia ipſe, qui loquitur vnus ſolus Angelus eſt, ideo ſubiungit. *Vidi Angelum, & clamabat;* Ergo quomodo dicit, ſignemus? Reſpondeo, ſed audite de glorioſo Vincentio, alta, egregia, & ſublimia elogia, nempe Vincentium hominem cæleſtem, ac Diuinum eſſe, ſi Eccleſiæ verbis, fidem præſtamus, dicentis! *Vincentius Vir planè Diuinus.* Quapropter habuit Alter ego Chriſti. Alter ego nominis. Alter ego officij, Alter ego nominis. *Et vidi aliū Angelum.* Alter ego officij; *ad reprimendū Satanæ furorem:* Et ponere, cū *Timete Deū,* in electorū frōtibus ſignū prędeſtinationis; Ideo filius, cum ſit natura indiſtinctus à perſona Spiritus Sancti, conſtituit glorioſum Vincentium, digitum Spiritus Sancti, cuius eſt Tuba, illi communicando eximiam gratiam, & linguarum diuerſitatem, cum dono prophetiæ, miraculorumque patratione, idcirco inquit, *Signemus*, propter Alter ego Chriſti, ipſi à Chriſto ſingulari priuilegio communicatum. Totum hoc clarè, in his verbis proſpicitur. *Vincenti Angelus alter, penitus fuiſti;* Ideſt Alter Angelus,

qui eſt Chriſtus, *Magni conſilij Angelus*, propterea Alter ego Chriſti; qui ſi erat eijciens dœmonia. *Vincentius Dæmonum ſæuos repraſſit furores*. Chriſtus propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis. Vincentius, ad hoc munus ab ipſo electus eſt. Chriſtus, ſuos electos ſigno Taù ſignauit: eodem ſigno Vincentius, per ipſius mandatum ſigillauit. Chriſtus, in Cẽtumquadragintaquatuor millia, ſignum Crucis impræſſit. Vincentius, vt Alter ego Chriſti, à tali numero non receſſit, vt intuenti patebit. *Nã Vincentius ſupra centum millia perditorum hominum, ad pænitentiam traduxit, & pluſquam vigintiquinque millia Iudæorum, conuertit ad Chriſtum: Et ſupra octo millia Saracenorum ad Eccleſiam adduxit.* Iuxta hanc literam, numerus ſignatorum ab Inclyto Vincentio, eſt centum triginta tria millia, & quia in his tribus conuerſionibus reperitur quædam propoſitio, ſcilicet, ſupra, bis repetita. In prima conuerſione dicitur, ſupra centum millia: In tertia, ſupra octo millia: In ſecunda ponitur, Aduerbium hoc, (Pluſquam) nempè pluſquam vigintiquinque millia; quę Notæ, numeri conuertitorum ad Chriſtum, benè intellectæ, & coniunctæ rationi huic vniuerſali; Qui parùm diſtat, nihil diſtare videtur; Concluſio eſt euidens, quod ſignati à Diuo Vincentio, cum ſigno Taù, conueniunt in numero ſignatorum, à Chriſto, ac per conſequens, Vincentius eſt Alter ego Chriſti. Sed quid mirùm, ſi Vincentius perfectam habuit charitatem. Nam Auguſtinus ſermone de quinque panibus ait. *Si quis habuerit tantam charitatem, vt paratus ſit pro fratribus mori, perfecta eſt in eo Charitas. Vincentius pro amore proximi ſui, totum occidentem circumiuit prædicando, pro zelo animarum. Vndè dicitur, Tertiuſdecimus Apoſtolus per excellentiam, quia ſicut Apoſtoli prædicauerunt per totum Orientem, iuxta illud, In omnem terram exiuit ſonus eorum; ita Vincentius per totum Occidentem.* Aug. ſer. de quinq. pan. Doct. Bar.

Æmulatur Inclytus Vincentius, cum prærogatiuis Apoſtoli Pauli, qui ad Euangelij prædicationem, non fuit, ſicut, & cæteri Apoſtoli vocatus à Chriſto, dum erat in carne paſſibili, & mortali, ſed dum erat immortalitate, & impaſſibilitate coronatus; ita ſimiliter Glorioſus Vincentius, non fuit à Chriſto electus ad Apoſtolatum, dum viuebat in carne, ſed dum glorificatus in Cælo permanebat, quamobrem mæruit ſuper omnes, ſingulare Thronum poſſidere. Ita Diuus Thomas in epiſtola ad Galatas; *Petrus, qui vocatus fuit à Chriſto, in carne mortali, ponitur in ſiniſtra parte; In dextera verò Paulus, qui vocatus fuit à Chriſto iam glorificato.* Et ſi Sãcti Apoſtoli, in ſpecie ignis, Sanctum receperunt Spiritum; non minus Vincentius, tanquam Tertiuſdecimus Apoſtolus, de quo legitur. *Spiritus ſanctus Apoſtolis deſcendit in ſpecie ignis. Ita in die Pentecoſtes, videntibus omnibus, Spiritus Sanctus in ſpecie ignis viſus eſt deſcẽdere ſuper Vincentium, dum prædicaret. Habuit etiam priuilegium Apoſtolorum, quod ſicut intelligebantur ab omnibus in lingua ſua; ita Vincentius ab omnibus nationibus: Sciebat verum* D.Th. epiſt. ad Galatas Lec. 1. Vdin. ſer. S. Vinc.

Eccleſia.

rum eſſe illud Gregorij. Nullum
D. Gregor. hom. 5. *eſt maius ſacrificium, quam zelus*
animarum. Quod Diuus Vincen-
tius fuit Propheta, non eſt du-
bium, nam ita Eccleſia, docet,
Eccleſia. *Vincentius prophetico fratus lumi-*
ne, mira de mundi fine docuit. Sed
ſi dicam, quod tanquam Digi-
tus, ac Tuba Spiritus Sancti fuit
pluſquam Propheta, non credi-
te mihi, ſed Antiquioribus Doc-
toribus, his verbis hoc aſſeren-
tibus. *Vincentius fuit Propheta,*
Barel. *& pluſquam Propheta. Officium*
prophetiæ eſt futura prænunciare;
præterita, & præſentia cognoſcere.
Prophetauit futura, nam Calyſtus
Papa, dum erat in puerili ætate, di-
Calyſt. Pap. *xit Patri ſuo: Mittatis hunc pue-*
rum ad ſcholas, quia magnus ad-
huc erit in Eccleſia Dei, ſcilicet Pa-
pa, qui me honorabit, quod factum
eſt, quia ipſe fuit, qui eum cano-
nizauit. Fuit pluſquam Propheta,
quia annunciauit præſentia, nem-
pè illam horam, qua Pater ſuus mi-
grauit ad Deū, qui locus erat mul-
tum diſtans: nec non, & genitri-
cem ſuam, cognouit è Purgatorio
migraſſe, pro illa hora, qua pro ea
orauit. Annunciauit præterita di-
cendo ſocijs ſuis, filij mei, ſocius
veſter mortuus eſt, pro eo rogetis,
quia eius anima ad Purgatorium
iuit; & ſic intra tres dies, Paradi-
ſum ingrederetur.

Cædant, cædant omnes Doc-
torum linguæ, in Vincentij elo-
giorum conſideratione, qui, vt
Alter ego Chriſti, innumerabi-
lia patrauit miracula, ſicut Va-
ticanum Decretum affirmat. *Vin-*
Vatic. Dec. *centius innumerabilium miraculo-*
rum, tam viuens, quam poſt mor-
tem patrator. Sed conſiderando
numerum finitum, illuque cum
ſententia Gregorij Magni copu-
lando, dicentis. *Maius miracu-*
lum eſt, prædicationis verbo, pec- Greg. lib. 3. dialog. c. 17
catorem conuertere, quam carne,
mortuum ſuſcitare. Et numeran-
do numerum Chriſtianorum, Iu-
dæorum, ac Saracænorum, quos
Vincentius, ad Chriſtum con-
uertit, congruenter concludo,
quod non ſolùm innumerabilia,
ſed ferè infinta patrauit miracu-
la. Nec laus illa Sūmorum Pōti-
ficum, in ſui honorē clamantiū,
cælari debet; *Quod examinatis*
miraculis, à Nicolao Quinto, &
Calliſto eius ſucceſſore, inuenti Nicol. 5. Callyſt. ſucceſſ.
ſunt, Viginti, & octo mortui, ab eo
ſuſcitati.

In hac vero Euangelicæ præ-
dicationis peregrinatione, eſac-
tam obſeruauit pænitentiam,
itaut. *In tanta auſteritate vixit*
Beatus Vincentius, quod non po- Eccleſia.
teſt exprimi lingua; per annos
quadraginta duos fuit in Religio- Barel.
ne, ſine Carnium commeſtione.
Sciebat enim illud Gregorij, ſe- Greg. lib. 2. moral.
cundo libro moralium. Vbi carnes
comeduntur, modica pænitentia eſt,
Ieiunia Ordinis, integrè ſeruauit, Per Carniū, æſum: modica Pænitentia.
à feſto Sanctæ Crucis, vſque ad
Paſcha. In lecto, nunquam viſus
eſt dormire, licet ei, parabatur,
ſed ſēper ſuper paleā, aut ſuper ta-
lā quieſcebat. Carnē ſuā ſingulis no-
ctibus, per totā ferè vitā duro fla-
gello, acriter cedebat, & ſub veſti-
bus humilibus, ciliciū portabat. Scie-
bat enim illud Chryſoſtomi, ſuper
Mattheum. Doctor debet eſſe pau-
per, vt auaritiam, libera voce ca- Chryſ. ſup. Matth.
ſtiget. Iter per viginti duos annos
ſemper pedes agebat, niſi quod
extrema ſenectute, ſaucio crure,
coactus fit, humili iumento vthi.

Fuit tandem Vincentius, in
hoc Cælo Virgineo Dominica-
næ Religionis, Virginitatis Au-
reola coronatus. Qui Opuſcula
Diui Hieronymi de Virginitate

D.Hier. legens, nempè de illibata puritate, & Virginitate Beatiſſimæ Virginis Mariæ, eam orabat, vt ipſi à Domino, Virginitatem impetraret. Et confeſtim apparens ei, Beatiſſima Virgo, conſolatus eſt, dicens; *Vincenti, eſto hilari animo, quia nunquam tibi meum derelinquet auxilium*. Immo à Patriarcha Dominico viſitatus, in hoc idem confirmatus fuit, dicente. *Merita tua, ò Vincenti; ſunt maximè præclara, & egregia apud Deum. Vnde in multis nos ſimiles ſumus, præcipuè in Virginitate, dono cæleſti, paucis elargito.* Eccleſia. *Virginitatem, integerrimam, puritatem illibatam, ſemper velut pratioſum monile, ſecurus in Cælum intulit Vincentius.* Ecclesia Perſius.

Horatio Perſio nel Canto 1.

Tù Gran Vincenzo, i trè nemici hai vinto.
E'n ſin dal natio ſen veniſti armato
Co'l nome ancor Vittorioſo, e tinto
Di ſangue oſtile, e ſpoglie opime ornato.
Anzi del tutto in erme, e'n faſcie accinto
Tenerello Campione, entri in ſteccato,
E ſenza braccia à fiera lotta afferri
E'l Demone, e la Carne, e'l Mondo atterri.

Sed certum eſt, quod nihil operaretur Sol, ſi immobilis in Oriente, vel in Meridie, vel in Aquilone, vel in Occidente permaneret, vnde tunc ſuos producit effectus. *Quando oritur (ait Eccleſiaſtes) & girat per* Eccleſ.c.1. *meridiem, flectitur ad Aquilonem, in circuitu pergit, in circulos ſuos reuertitur.* Et ecce Magnus, & Diuinus Vincentius, velut alter fulgidus, ac pulcherrimus Sol, in Mundo apparuit, qui vix ortus à fatali Oriente alui materni, quod ſtatim oſtendit, quãto ſanctitatis, ac doctrinæ ſplendore prælucerct; ideo indutus habitu huius Cæli Virginei: inſtar mulieris Apocalypſis. *Mulier amicta Sole*: Incepit, luce Apocal. 1. ſuæ prædicationis, inrer peccatorum tenebras ad Chriſtum, conuerſionis gratias impartiri. Eccleſia. *Lumen in terris, populi fidelis, Ciuis, & Cæli, modo factus alti, Acta Vincenti tua concinantes dirige voces.* Et alibi. Eccleſia. *In occiduo terra cardine, vt Sol, Vincentius occubuit.*

Sed non defuerunt multi inuidioſi, ac maligni interpretes; Eum apud Summum Põtificem accuſantes; vt nouum opinionum ſeminatorem, toto procurando conatu; Solem hunc, obſcurare Vincẽtium, vt abſque mora, iter ſuum, erga occaſum arriperet, ibique in perpetuam obliuionem ſuos, diuinæ gratiæ, radios cælaret. At illicò Magnus iſtæ Vincentius, inſtar ſolis, ortus eſt, & cum fulgure ſuæ diuinæ lucis, obſcuras malignorum ſpirituum diſcindit nubes. Mundo, ſuæ diuinæ ſapientiæ radios manifeſtando. Sed quo medio? qua via? Ecce per tractatum quemdam, ſuæ euangelicæ doctrinam, prædicationis continentem, quem fecit Summo Pontifici præſentare; in quo, nec iota vnum correctionis, atque reprehenſionis inuenit. At ego curioſitati piorum Lectorum ſatisfacerem, adiudicaui, ſuam hic propriam, inferius, locare Epiſtolam.

EPISTOLA DIVI VINCENTII FERRERII AD BENEDICTVM PAPAM TERTIVMDECIMVM.

Beatiſſimo Domino noſtro Papæ Benedicto Tertiodecimo, eius ſeruus inutilis, Frater Vincentius Ferrerius Prædicator, ſe totum, & vniuerſa, quæ agit, & docet, ad pedum veſtigia Beatorum.

APoſtolus Paulus, poſt prædicationis ſuæ Euãgelicæ, immo, & legationis Apoſtolicæ, ſibi cõmiſſa, plurimos annos, tãdem ſecundum reuelationem, aſcendens Hieroſolymam, contulit, cum Petro, & alijs euangelium, quod prædicabat ingentibus, nè fortè inuanum curreret, aut etiam cucurriſſet, vt ipſemet recitat ad Galatas, ſecundo capite. Apoſtoli etiam omnes à prędicatione, ad quam diuinitus miſſi fuerant, & quam diligenter exercuerant, reuerſi, conuenientes ad Chriſtum renunciauerunt ei omnia, quæ egerunt, & docuerant, vt habetur Marci, capite ſexto. Sanctitati ergò veſtræ, quæ vicem geris Chriſti, ac Sedem Petri tenet in terris, præſenti ſcriptura, ſinceriter rèfero ea, quæ per Mundum diutius prædicaui ſingulariter de ſine mundi, & tempore Antichriſti: maximè cum eadem Sanctitas, hoc iubeat affectanter. De tempore ſiquidem Antichriſti, & fine mundi, ego conſueui declarare quatuor Concluſiones in ſermonibus meis.

Prima Concluſio eſt, quod tempus Antichriſti, & finis mundi, in eodem coincidunt temporaliter. Ratio eſt, propter breuitatem temporis durationis mundi, poſt mortem Antichriſti. Quoniam per ſacram ſcripturam, non inuenitur tempus maioris durationis huius mundi, poſt tempus Antichriſti, quam quadraginta dierum, quos ſecundum Doctores Sanctos, Deus dabit ad pœnitentiam hÿs, qui per Antichriſtum fuerunt ſeducti. Et hoc habetur ex textu Danielis Prophetæ, duodecimo capite, vbi ſic dicitur. A tempore, dum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus, quî expectat, & peruenit vſque ad Dan. ca. 12.

dies

dies mille trecentos triginta quinque. *Modo ſecundum gloſſas, & poſtillas Doctorum, primus numerus, ſcilicet mille ducentorum nonaginta dierum, qui continet tres annos, cum dimidio, eſt tempus Regni, ſeu Monarchiæ Antichriſti, cui numero, addantur in ſecundo numero, quadraginta quinque dies, vt manifeſtè numeranti apparet: & iſti quadraginta quinque dies intelliguntur per Doctores de tempore, quo durabit mundus, poſt mortem Antichriſti. Eſt verùm, quod circa hoc aliqui dubitant dupliciter. Primo vertunt in dubium: An illa quadraginta quinque dies debeant intelligi pro diebus vſualibus, An pro diebus annualibus, ſicut aliquando in ſacra ſcriptura, dies ſumitur pro anno. Sed videtur, quod non oportet in hoc dubitare. Nam cum tempus Monarchiæ Antichriſti, & tempus durationis mundi poſt mortem eius, comprahendantur ſimul in eodem numero, ſcilicet mille trecentorum trigintaquinque dierum, vt dictum eſt, non videtur veriſimile, quod eiuſdem numeri, vna pars, ſcilicet mille ducentorum nonaginta dierum ſumatur pro diebus vſualibus, & alia pars, ſcilicet quadraginta dierum pro diebus annualibus. Item, quia textus ſacræ Scripturæ manifeſtè innuit, quod poſt mortem Antichriſti non erit annus, ſed ipſe Antichriſtus, alias vocatus, G O G, in vltimo annorum mundi adhuc viuet. Dicit enim textus Ezechielis, trigeſimo capite.* Et factus eſt ſer-
Ezech.c.30. mo Domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam cõtra Gog. *Et intelligitur ſecundum Doctores omnes, de ipſo Antichriſto. Subditur poſteà in textu.* Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego ad te Gog. *Et infrà.* In nouiſſimo annorum venies ad terram, quæ reuerſa eſt à gladio, &c. *Scilicet ad Eccleſiam militantem. Patet ergò ex textu Ezechielis prophetæ, quod poſt mortem Antichriſti, non erunt anni, ſed ipſe Antichriſtus, adhuc viuet in vltimo annorum mundi. Nec obſtat, quod dicit Ezechiel, trigeſimo nono capite. Quod poſt mortem Antichriſti, videlicet ipſius Gog. Succendatur igne, arma, exercitus eius ſeptem annis, & quod ſepelient eos ſeptem menſibus. Iſte enim ſeptenarius annorum, & menſium, perpetuam damnationem inferni deſignat ad litteram, ſecundum omnes poſtillas, & gloſſas.*

Secundo vertunt in dubium: Vtrum plures dies vſuales huius mundi debeant eſſe, poſt mortem Antichriſti, quam quadraginta quinque, propter hoc, quia textus non negat hoc expraſsè. Sed cum textus ſacræ ſcripturæ non ponat, niſi quadraginta quinque dies determinatè, eſſet diuinare, & abſque ratione cogitare, plures dies futuros, poſt mortem Antichriſti, quam quadraginta quinque. Etſi dicatur, quod in tam pauco tempore non poterit publicari per totum mundum mors Antichriſti, vt gentes poſſint conuerti, & pænitere. Reſpondent aliqui, quod ille numerus quadraginta quinque dierum eſt incipiendus à tempore mortis Antichriſti diuulgatæ. Tunc enim res dicitur fieri, cum innoteſcit. Alijs autem videtur, quod Deus, qui talium dierum numerum taxauit ad pænitendum, ipſe per Angelos, vel per aliquod ſignum terribile, toti mundo, vel alias ſecundum ordinem diuinæ Prouidentiæ, Antichriſti mortem, & condemnationem, vniuerſis gentibus ſubito demonſtrabit.

Secunda Concluſio eſt, quod ante Natiuitatem Antichriſti, illud tempus fuit hominibus omnibus

abſconditum generaliter. Iſta concluſio probatur per duos textus Sacræ Scripturæ. Primus habetur Matthæi vigeſimo quarto, vbi diſcipulis petentibus à Chriſto; Dic
Matth. 24. nobis quando hæc erunt, & quod eſt ſignum aduentus tui, & conſumationis ſeculi? *Tandem in eodem capite reſpondet.* *De die illa, & hora nemo ſcit, nec Angeli. Secundus textus habetur Actuum, primo capite, vbi diſcipulis, iterum quærentibus de eodem, & dicentibus.* Domine ſi in tempore hoc, reſtitues Regnũ Iſrael: Reſpondit ipſe Chriſtus, non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, &c. *Vbi ponderandum eſt hoc, quod dicitur Apoſtolis. Non eſt veſtrum, &c. Ac ſi diceretur* Militibus, *& Doctoribus Iſpaniæ. Non eſt veſtrum ſcire tempus, vel diem belli futuri, in Tartaria, vel in Harmenia, cum habeatis hic intereſſe; & tamen ſcire tempus illius belli in Tartaria, ſeu in Harmenia, eſt Tartarorum, ſeu Harmeniorum, etiam ruſticorum, quia habent illic intereſſe, & ſe præmunire. Sic non erat neceſſitas, Apoſtolorum, nec Doctorum, aut Sanctorum Antiquorum; ſcire tempus Antichriſti, ſeu finis mundi, quamuis eſſent illuminatiſſimi reuelationibus diuinæ Sapientiæ; tamen expediens, & neceſſarium erat, vt omnes poſt Natiuitatem Antichriſti ſcirent illud tempus, ad ſe præmuniendum, & præparandum, quamuis peccatores ignorantes reſpectu Apoſtolorum, & aliorum Doctorum Antiquorum Sanctorum. Et hoc conuenit Ordini Diuinæ Sapientiæ, & Scientiæ, & Clementiæ, quæ ſemper à principio mundi conſueuit, mittere nuncium, & etiam nuntios ad auiſandum homines, quando aliqua magna tribulatio è vicino ventura eſt mundo. Sic præmiſit Noë ante Dilluuium. Moyſen ante liberationem Iſrael. Amos ante deſtructionem Ægypti: Et alios ante captiuitatem decem Tribuum. Ionam, & Nahum ante ſubuerſionem Niniue. Hyeremiam ante tranſmigrationem Babilonis. Ioannem Baptiſtam Præcurſorem ante deſtrutionem Iudeæ. Sanctos Dominicum, & Franciſcum, & eorum Ordines, ante aduentũ Antichriſti, & finem mundi, cum de vtroque eorum legatur in Eccleſia, quod vicinum creditur præueniſſe iudicium.*

Ex iſta cõcluſione excluduntur, duę falſę opiniones. Vnà eſt dicentium, quod tantum tempus, debet tranſire ab incarnatione Filij Dei, vſque ad finem mundi, quantum præceſſit à principio mundi, vſque ad hanc ipſam Incarnationem. Et tales fundant ſuam opinionem ſuper illud dictum Abacuhc tertio capite. Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud, Abac. c. 3.
in medio annorum notum facies. Quum iratus fuerit miſericordiæ, &c. *Sed iſta opinio manifeſtè repugnat concluſioni propoſitæ, & textui Euangelico. Conſtat enim per Sanctos Doctores, quod tempus à principio mundi, vſque ad Incarnationem Chriſti, notum erat Apoſtolis, & Prophetis, & notum communiter in Eccleſia Dei, & ſic per conſequens notum fuiſſet eiſdem communiter tempus Antichriſti, & finis mundi, ſi tantumdem debuit eſſe, tempus poſt incarnationem Chriſti, vſque in finem mundi. Dictum autem Abacuch Propheta, non debet intelligi de medio annorum mundi, ſed potius de medio annorum vitæ humanæ, quæ communiter durat circa ſep-*

ginta annos, ſecundum dictum
Dauid in pſalmo octuageſimo no-
no. Et ſic medium annorum vitæ
humanæ eſt tempus circa triginta
annos, & in tali ætate Chriſtus
paſſus eſt. Non enim Chriſtus vo-
luit mori in principio annorum ſuo-
rum, quando erat paruulus, ſub
manu Herodis; nec expectauit mo-
ri in fine annorum ſuorum, ſcili-
cet in ſenectute, ſed in medio, hoc
eſt in virili ætate elegit mori. Et ſic
in huiuſmodi medio annorum
Deus viuificauit opus ſuum per
mortem Chriſti, & fecit nouum
opus miſericordiæ ſuæ, cum prius
eſſet iratus humano generi. Et ad
iſtum ſenſum dicitur allegoricè
Iſaiæ trigeſimo octauo: Ego dixi
in dimidio dierum meorum,
Iſaias c.38. vadam ad portas inferi. Nam
Chriſtus moriens in ætate virili,
ſtatim deſcendit ad inferos pro li-
beratione Sanctorum Patrum. Vel
ſi dictum Abacuch intelligatur de
medio annorum mundi, non ſumi-
tur ibi medium pro æqualitate præ-
cedentis temporis, & ſubſequentis,
propter rationem iam dictam: ſed
debet ſumi medium per interpoſi-
tionem. Quia quamuis deſtructio
humanæ vitæ, fuiſſet in principio
temporis, tamen reparatio eius
non debet retardari, vſque in fi-
nem temporis, ſed in medio illorum
terminorum erat fienda. Sicut
etiam inter pollicem manus, & au-
ricularem digitum in medio dici-
tur ſtare, non ſolum digitus manus,
qui æqualiter diſtat ab extremis,
ſed etiam dicuntur eſſe in medio
per interpoſitionem, tam digitus
index, quam medius etiam. Et iſto
modo loquendi vtitur Beatus Gre-
gorius dicens. Chriſtum reſurre-
xiſſe à mortuis media nocte, cũ
D. Greg. tamen reſurrexiſſet in aurora,
quæ eſt in medio inter princi-
pium noctis; & finem, ſcilicet
per interpoſitionem, & non per
equalitatem. Hoc etiam modo lo-
quebatur Dauid in perſona Chriſti
reſurgentis, dicens in pſalmo cen-
teſimo decimo octauo. Media no- Pſal.118.
cte ſurgebam ad confitendum
tibi, &c.

Secunda opinio eſt, dicentium,
tot annos futuros à Natiuitate
Chriſti, vſque ad finem mundi,
quot ſunt verſus in pſalterio, ita-
quod volunt dicere, quod quilibet
verſus pſalterij, eſt Prophetia v-
nius anni à Natiuitate Chriſti,
vſque ad finem mundi; & ſic pri-
mus verſus ſcilicet Beatus vir, &c.
Fuit prophetia pro primo anno
Chriſti, & ſecundus pro ſecundo,
& ſic deinceps. Sed iſta opinio re-
pellitur, ſicut prima, & nullum ha-
bet fundamentum, niſi cordis præ-
ſumptionem.

Tertia concluſio eſt, quod quaſi
centum anni ſunt tranſacti, quod
Antichriſtus debebat venire, &
mundus iſte finiri veraciter. Iſta
concluſio habetur ſatis manifeſta,
ex reuelatione facta Beatis Do-
minico, & Franciſco, & ſimiliter
alijs multis perſonis ſanctis, dum
ipſi inſtarent apud Summum Pon-
tificem Romæ, pro confirmatione
ordinum ſuorum, ſcilicet de tribus
lanceis, quas Chriſtus in aere vi-
brabat contra mundum, ad de-
ſtructionem eiuſdem, ſicut diffuſius
recitatur in legenda Beati Domi-
nici, vt habetur communiter, in
floribus Sanctorum. Nam ſi bene
attendantur verba illius reuela-
tionis, dicta per Chriſtum ad Ma-
trem ſuam. Iſtæ tres lanceæ mundi
deſtructiuæ, ſunt, Antichriſti per-
ſequutio, mundi conflagratio, in-
dicij executio; Quæ allegoricè vi-
dentur ſignificari per tres lanceas,
quibus interfectus fuit, Abſalon
filius

ſilius proditor Regis David, per Ioab Principem Militiæ, *vt habetur ſetundo Regum, decimo octauo capite, vbi dicitur.* Tulit ergo Ioab, tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalon. *Nam mundus iſte rebellis, & proditor Deo Patri, per Principem militiæ eius, ſcilicet Chriſtum Dominum, tribus prædictis lanceis eſt deſtruendus, & finiendus. Iſta eadem concluſio, ſubtilius haberi poteſt per reuelationem factam Ioãni Euangeliſtæ, quando dixit Apocalypſis vigeſimo capite.* Vidi Angelum deſcendentem de Cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua,& aprælendit Draconem ſerpentem Antiquum, qui eſt Diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum,& clauſit,& ſignauit ſuper illum,vt non ſeducat amplius gentes, donec conſumentur mille anni, & poſt hæc oportet ſolui modico tempore. *Quamuis enim Gloſſa ordinaria exſponat iſtam incluſionem, & ligationem Satanæ de illa principali, quæ facta fuit per Chriſtum morientem in Cruce, & deſcendentem in infernum; & mille annos intelligat pro multitudine magna annorum, ſumendo ſcilicet, numerum determinatum pro indeterminato, hoc eſt capiendo pro mille annis, totum tempus à paſſione Chriſti, vſque ad aduentum Antichriſti, quando ſoluendus eſt Satanas ad generalem tentationem gentium, & ſeductionem: tamen hoc non obſtante, iſta concluſio, ſeù ligatio Satanæ, videtur poſſe intelligi, valde propriè de alligatione eiuſdem, nè ſcilicet tentaret, ſeù ſeduceret gentes per perſequutiones Romani Imperij, contra fideles Chriſti: Et hoc fuit tempore Beati Syluestri Papæ, quando Conſtantinus, Imperator Romanus fuit effectus Chriſtianus Catholicus; & dedit Eccleſiæ, Romanum Imperium. Ab illo enim tempore, vſque ad tempus Ordinum Beaſorum Dominici, & Franciſci, quando ſcilicet per mũdum diuulgati ſunt, & fundati: tranſierunt mille anni determinati, & tunc ſoluendus erat Satanas, iuxta concluſionem prædictam. Et ſecundum iſtum intellectum, Angelus deſcendens ad alligandum Satanam, accipitur Beatus Syluester Summus Pontifex, vel potius Chriſtus in ipſo. Cui intellectui propriè atteſtatur miraculum de alligatione Draconis, facta Romæ per ipſum Beatum Syluestrum, tempore conuerſionis, ſupradicti Romani Imperatoris Conſtantini, vt habetur communiter in legenda Beati Sylueſtri, in floribus Sanctorum. Et ſecundum hoc, ipſa viſio Ioannis Euangeliſtæ, fuit prophetia prædeſtinationis, iuxta Gloſſæ ordinariæ intellectum, & ſimul fuit prophetia comminationis, iuxta alium intellectum.*

Regũ cap. 18.

Apoc. c. 20.

Gloſa ord.

Circa iſtam concluſionem repelli poſſunt multæ opiniones. Prima dicentium, quod Arcus Cæleſtis per quadraginta annos, ante finem, ſeù conflagrationem mundi, non apparebit, ſiccitate nimia perdurante. Hæc opinio recitatiuè ponitur per Magiſtrum, in hiſtorijs ſcholaſticis, & per alios Sãctos: ſed quia videtur innuere, quod conflagratio mundi ventura ſit per curſum naturalem, ſcilicet ex nimia ſiccitate, repellenda eſt. Nam ſicut generale diluuium aquæ, non venit ex naturali curſu, ſed ex diuino iuditio, ita etiam diluuium ignis, per Diuinam potentiam eſt

venturum. Vnde ſecundum Beatum Hieronymum: Ille ignis, q; tiam aquas cremabit purgando. *Item quia conflagratio ignis, ſecundum Doctores Sanctos, homines viuentes in magna proſperitate, & tranquillitate mundi, reperiet, quod non videretur verum, ſi tanta ſiccitas continua per quadraginta annos praecederet.*

D. Hieron.

Secunda opinio eſt dicentium. Eliam, & Enoch venturos, ante aduentum Antichriſti ad praedicandum, & auiſandum homines mundi, contra deceptionem illius. Sed haec opinio eſt falſa, vt haberi poteſt, ex Apocalypſi capite vndecimo, vbi dicitur de gentibus Antichriſti: Et Ciuitatem Sanctam calcabũt mẽſibus quadraginta duobus, & dabo duobus teſtib⁹ meis, & ꝓphetabũt diebus mille ducentis ſexaginta, &c. *Quia Elias, & Enoch ad litterã & propriè loquẽdo, nõ ſunt venturi ante aduentum Antichriſti, ſed ſimul cum eo, quum iam ceperit regnare, & quaſi Monarchiam tenere in mundo, vt ex dicto textu, & eius Gloſis ordinarijs apparet.*

Apoc. c. 11.

Tertia opinio eſt dicentium. Signa Euangelica debere praecedere aduentum Antichriſti, de quibus dicitur Lucae vigeſimo primo. Erunt ſigna in Sole luna, &c. *Sed haec ſigna, proprius creduntur futura poſt mortem Antichriſti, ante iuditium immediatè propter hoc, quia ibidem ſubditur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, &c.*

Luc. 21.

Quarta opinio eſt dicentium. Futuram eſſe conqueſtam Hieruſalem, & totius Terrae ſanctae per Chriſtianos ante aduentum Antichriſti, qui ad hoc inducunt multa verba, tam Ezecchielis Prophetae, trigeſimo nono capite, quam etiam Metodij Martyris, quae videntur prima facie innuere, quod in aduẽtu Antichriſti, Terra Sãcta à Chriſtianis poſſidebitur: Sed iſta cõqueſta, quae futura erat, iã facta fuit aliquãdo per Principes Chriſtianos, ſingulariter per Godefredum de Bullione, nec apparet diſpoſitio, ſeu multiplicatio tanta Chriſtianorum ad illam conqueſtam vlterius faciendam, ſeu ſuſtinendam, & Terram ſanctam per Chriſtianos poſſidendam, immo videtur textus contradicere, Lucae vigeſimo primo. Hieruſalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempore nationum. *Verba autem Ezecchielis Prophetae, & etiam Metodij Martyris plus allegoricè, de Eccleſia militante, & membris eius, quam hiſtoricè de ipſa terra promiſſionis, & eius partibus intelligenda ſunt, ſi diligentius attendantur.*

Ezecch. c. 39.

S. Metod.

Lucae 21.

Quinta opinio eſt dicentium. Omnes gentes reducendas ad vnã fidem Catholicam, ante aduentum Antichriſti. Quod non videtur verum Sed benè poſt mortem Antichriſti, creditur futura huiuſmodi adunatio hominum, ad vnitatem fidei Chriſtianae, vidẽtium ſe fuiſſe deceptos per fallaciam Antichriſti. Et hoc ſatis innuitur per textum Ezecchielis, capite trigeſimo nono, circa finem; vbi mortuo Gog; id eſt Antichriſto, dicitur. Ponam gloriam meam; & videbũt omnes gentes iuditium meum, quod fecerim. &c.

Ezech. c. 31.

Sexta opinio eſt dicentium. Euangelium Chriſti praedicandum, generaliter, in vniuerſo mundo, ante aduentum Antichriſti; propter illum textum, qui habetur Matthaei, vigeſimo quarto capite. Et praedicabitur hoc Euangelium in vniuerſo Orbe, in teſtimo-

Matth. 24.

monium omnibus gentibus, & tunc veniet conſumatio. *Dicendum eſt, quod iſte textus multiplicem habet expoſitionem, iuxta multiplicem generalem prædicationem Euangelij, in vniuerſo mundo. Nam primò fuit prædicatum per Apoſtolos omni Creaturæ, iuxta præceptum Chriſti; Marci vltimo capite. Quod præceptum fuit impletum, tempore Apoſtolorum, vt patet ad Coloſſenſes capite primo iuxta principium, vbi dicitur.*

Marci c. vlt.

In verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad nos ſicut, & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcit. *Et ibidem, iuxta finem capituli.*

Ad Coloſſ. c. 1.

Euangelium audiſtis, quod prædicatum eſt in vniuerſa Creatura, quæ ſub Cælo eſt. *Item ad Romanos decimo capite.*

Ad Rom. c. 10.

In omnem terram exiuit ſonus eorum. *Et tunc venit conſummatio gentis Iudaicæ, & deſtructio Hieruſalem per Titum, & Veſpeſianum. Secundo fuit prædicatum Euangelium, & adhuc prædicatur quotidiè per Ordines Sanctorum, Dominici, & Franciſci, in vniuerſo mundo. Et poſt iſtam prædicationem, ventura eſt ſtatim cõſũmatio, & deſtructio huius mũdi per Antichriſtum, & ſuos.*

Tertio prædicabitur Euangelium Chriſti in vniuerſo mundo poſt mortem Antichriſti, per fideles aliquos, qui in vnaquaque gente erunt mirabiliter conſeruati à Deo, ad conuerſionem aliorum, & tunc veniet conſummatio mundi.

Quarta Cõcluſio eſt, quod tempus Antichriſti, & finis mundi erunt citò, & benè citò, ac valde breuiter: iſta concluſio, quamuis ſententialiter fuerit Beati Gregorij, homilia prima; tamen magis ſtrictè, & propriè loquendo, oſtendam eam multis modis. Primo quidem ex reuelatione facta, Beatis Dominico, & Franciſco, de qua dictum eſt in tertia concluſione. Quoniam ex illa concluſione manifeſtè habetur, quod duratio huius mundi, tota ſtat modo, in quadam prorogatione condictionali obtenta per Beatam Virginem ſub ſpe correctionis, & conuerſionis huius mundi, per dictos Ordines Sanctorum Dominici, & Franciſci, dicente Chriſto, ad ipſam Virginem Mutrem ſuam ſententialiter. Niſi per iſtos ordines, mundus fuerit conuerſus, & correctus à modò non parcam. Cum ergo conuerſio, & correctio huius mundi ſequuta non fuerit, immo modo peioribus, & maioribus peccatis, criminibus, & ſceleribus mundus abundat, & (quod dolenter referendum eſt) ipſi Ordines Religioſorum, dati ad correctionem, & conuerſionem mundi, iam realiter ſunt deſtructi, ita quod modica obſeruantia Religionis, tenetur in eis; certè cuilibet circunſpecto viro, poteſt hæc quarta concluſio, pro manifeſta haberi.

D. Gregor. hom. 1.

Secundo eadem concluſio oſtenditur ex quadam alia reuelatione (mihi certiſſima) facta cuidam Religioſo de altero, illorum duorum Ordinum, iam ſunt elapſi pluſquam quindecim anni. Cum enim dictus Religioſus grauiter infirmaretur, & oraret affectuosè Deum pro ſua ſanatione, vt poſſet prædicare verbum Dei, ſicut ardenter conſueuerat, & frequenter; tandem ſibi in oratione eadem, quaſi dormienti; apparuerunt prædicti duo Sancti Dominicus, & Franciſcus, ante pedes Chriſti exorantes, & vehementiſſimis ſupplicationibus, ipſum Chriſtum deprecantes; & tandem poſt magnam deprecationem, Chriſtus cum eis deſcendens

dens, hinc inde, cum eiſdem ſanctis collateraliter aſſociatus, venit ad ipſum Religioſum, in ſuo lecto iacentem infirmum, & manu ſua ſanctiſſima, maxillam eius tangens, quaſi demulcendo, manifeſtè innuebat mentaliter, eidem religioſo infirmo, quod ipſe iret per mundum Apoſtolicè pradicando, quemadmodum pradicti Sancti fecerant, & ſic eius pradicationem, ante aduentum Antichriſti ad conuerſionem, & correctionem hominum, miſericorditer ſpectaret. Statim immediatè ad tactum Chriſti pradictus Religioſus excitatus, plenè curatus fuit à ſua infirmitate. Cui Religioſo commiſſam ſibi diuinitus, legationem Apoſtolicam, diligenter exequenti, diuina prouidentia, non ſolum ſigna plurima, vt Moyſi, ſed etiam authoritatem diuina ſcriptura, vt Ioanni Baptiſta, tribuit in teſtimonium veritatis. Nam propter arduitatem negotij, & propter paruitatem ſui teſtimonij, plurimum indigebat, Vnde de tribus Pradicatoribus, ſucceſſiuè mittendis diuinitus ad homines, ante diem iuditij, ſub nominibus Angelorum (vt habetur Apocalypſis, decimo quarto capite) ipſe per non nullos ſecurè creditur, eſſe ille primus, de quo Ioannes, dicebat. Et vidi alterum Angelum volantem per medium Cæli,
Apoc.c.15. habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gētē, & tribū, & linguā, & populum, dicens magna voce. Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iuditij eius, &c. *Qui poteſt capere, &c. Cum ergo dictus Religioſus, iam per tredecim annos per mundum diſcurrerit, & adhuc continuè diſcurrat, quotidie pradicando, & multipliciter laborando, & cum ſit ſenex habens pluſquam ſexaginta annos atatis: Concluſio pradicta apud eum pro certiſſima retinetur.*

Tertia, eadem concluſio oſtenditur per reuelationem factam Danieli Propheta, de decem cornibus quarta beſtia, & cornu paruulo inter ea exorto, vt habetur Danielis, Daniel.c.8.
octauo capite. Nam ſecundum gloſſas ordinarias; quarta beſtia ſignificat Romanum Imperium, quod in decem partes erat diuidendum, prout ſcilicet ſub obedientia Romani Pontificis continebatur. Et tunc ſtantibus ſimul illis decem partibus, ſeù diuiſionibus, veniet Antichriſtus, qui per cornu paruulum deſignatur. Modo autem mihi videntur eſſe completas, & ſimul ſtantes illas decem diuiſiones, ſeù partes. Nam prima eſt, Indorum ſub Præſbitero Ioanne. Secunda Aſſianorum, ſub aliquo Tyranno. Tertia Africanorum, ſub Mahumetto. Quarta Gracorum, ſub Imperatore Conſtantinopolitano. Quinta Armeniorum, ſub Rege eorum. Sexta Georgianorum, ſub aliquo Pſeudo Propheta. Septima Chriſtianorum, de la Centura ſub Hereſiarca quodam. Octaua Italorum, ſub Bartolomeo Berunſi Nona Gallorum, ſub Petro de Candia Decima vero, pars populi Catholici, eſt modo Hyſpanorum, ſub Domino noſtro Papa Benedicto Decimo tertio, vero Vicario Ieſu Chriſti, & ſic diurna claritas obedientialis credentia, admodum claritatis diurna artificialis in occiduis mundi partibus, finienda videtur.

Ex his ergo patet concluſio ſupradicta, qua euidenter confirmatur per textum Danielis Propheta capite duodecimo, vbi ait.

Cum

Dan. c.12. Cum completa fuerit diſperſio manus populi Sancti, complebuntur vniuerſa hæc. *Complementum autem diſperſionis, & diuiſionis populi Chriſtiani, erat futura per decem partes ſimul ſtantes, & durantes, vt dictum eſt, & probatum Ad idem eſt textus Apoſtoli ad Theſſalonicenſes, ſecundo capite, vbi ſententialiter dicitur.*

Theſſal.c.2. Veniet diſceſſio primum. *Scilicet ab obedientia Romanæ Eccleſiæ per ſchiſmata plurima, ſimul ſtantia, & tunc reuelabitur ille iniquus, &c.*

Quarto, eadem concluſio oſtenditur, per aliam reuelationem mihi relatam, per quendam virum deuotum (vt mihi videtur) & ſanctum. Nam cum ego prædicarem in partibus Lombardiæ prima vice (modo iam ſunt nouem anni completi) venit ad me de Tuſcia ille vir miſſus (vt dicebat) à quibuſdam ſanctiſſimis Eremitis in partibus Tuſciæ, in maxima vitæ auſteritate, per magna tempora degentibus, annuntians, quod eiſdem viris expreſſè reuelationes diuinitus factæ fuerant, quod Antichriſtus, iam erat natus, & quod iſtud debebat mundo denunciare, vt fideles ad tam terribile prælium ſe pararent, & quod propterea, dicti ſancti Eremitæ ipſum ad me mittebant, vt hoc mundo denunciarem. Sic ergo patet, ex huiuſmodi reuelationibus, ſi vera ſunt, quod iam Antichriſtus eſt natus, & habet completè nouem annos ſuæ maledictæ ætatis, & per conſequens prædicta concluſio vera.

Quinto patet eadem concluſio per quandam aliam reuelationem expreſſam, quam in Pedemontis audiui, relatu cuiuſdam Mercatoris Venetiarum, valde fide digni (vt credo) dicentis, quod cum ipſe eſſet vltra mare in quodam Monaſterio Fratrum Minorum, & audiret veſperas ibidem, in quadam ſollemnitate, tandem in fine Veſperarum duo parui Nouitij eiuſdem Monaſterij, cum dixiſſent Benedicamus Domino iuxta morem; ſtatim immediatè coram oculis totius populi, qui aderat, viſibiliter rapti per magnum ſpatium temporis, tandem concorditer, & terribiliter clamauerunt. Hodie hac hora natus eſt Antichriſtus, mundi deſtructor. Quod Verbum, & factum fuit valde mirabile, & ſtupendum, cunctis videntibus, & audientibus. Inter quos dixit ſe præſentem fuiſſe videndo, & audiendo, Venetus prædictus. Ego autem exquirens, & interrogans de tempore huius viſionis, manifeſtè reperi, quod iam ſunt nouem anni completi, & ſic ſequitur idem, quod prius.

Sexto eadem concluſio patet, per multas alias reuelationes factas diuinitus, quam plurimis deuotis, & ſpiritualibus perſonis. Nam mihi per mundum prædicando, diſcurrenti per diuerſas regiones, Prouincias, Regna, Ciuitates, Villas, & Caſtra, frequenter occurrerunt diuerſæ perſonæ deuotæ, & ſpirituales narrantes, & referentes certitudinaliter, de tempore Antichriſti, & fine mundi diuerſimodè, & multifariè ſuas reuelationes, iuxta ea, quæ dicta ſunt vnanimiter concordantes.

Septimo, eadem concluſio patet, per innumerabilium Dæmonum coactam veritatis confeſſionem. Nam cum in pluribus partibus mundi viderim, quamplures obſeſſos à Dæmonibus, qui ducebantur ad quendam Sacerdotem Societatis noſtræ, vt coniurarentur ab eo, tandem cum coniurari inciperent per eundem Sacerdotem, manife-

nifeſtè dicebant, de tempore Antichriſti, concordantes cum his, quæ ſupradicta ſunt terribiliter, & audibiliter omnibus circumſtantibus, acclamando, & dicendo ſe coactos per Chriſtum, vt contra eorum voluntatem, & malitiam, veritatem ſupradictam hominibus prædicarent, vt ſic homines per veram pœnitentiam, ſe pararent. Quibus ſic clamantibus, omnes ferè Chriſtiani, qui in maxima multitudine, quotidie confluebant, cum magnis fletibus, & lamentationibus cordis compungebantur, & quam plures eorum ad veram pœnitentiam ducebantur. Veruntamen interrogati Dæmones, ac plures coniurati, de loco natiuitatis Antichriſti, noluerunt vllatenus reuelare.

Octauo oſtenditur eadem concluſio, ex diſcurſu nuntiorum Antichriſti, iam incipientium prædicare per mundum, contra doctrinam Euangelicam, quorum, quam plures ſunt Dæmones in habitu Eremitarum, & religioſorum, ac honeſtarum perſonarum, hominibus apparentes, qui cum à fidelibus creduntur capi, & teneri; Subitò euaneſcunt, ſicut frequentiſſimè, in pluribus locis experimentaliter eſt repertum. Vnde ex omnibus ſupradictis, in mente mea colligitur opinio, & credentia veriſimilis (licet non ſcientia certa, & prædicabilis) de natiuitate Antichriſti, iam tranſacta per nouem annos. Attamen prædictam concluſionem, quæ dicit, quod citò, & benè citò, ac valde breuiter erunt tempus Antichriſti, & finis mundi, certitudinaliter, ac ſecurè prædico vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Verum Dominus noſter Ieſus Chriſtus præſciens hanc doctrinam, ſeù concluſionem ab amatoribus mundi huius, & carnalibus perſonis, minimè recipiendam. Dicebat, Lucæ, capite decimo ſeptimo. Sicut factum eſt in diebus Noè,
ita erit in diebus filij hominis, Luc. 19.
edebant, & bibebant, & vxores ducebãt & dabãtur ad nuptias, vſque in diem, qua intrabit Noè in Arcam, & venit dilluuiũ, & perdidit omnes. Similiter ſicut factũ eſt in diebus Loth, edebãt, & bibebãt, emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant; quà die autem exijt Loth à Sodomis pluit ignem, & ſulphur de Cælo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur. In illa die, qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, nè deſcendat tollere ea, & qui in agro ſimiliter, non redeat retro. Memores eſtote vxoris Loth. Item, Apoſtolus ad Theſſalonicenſes, quinto capite. De temporibus autem,
& momentis Fratres non indi Ad Theſſal.
getis, vt ſcribam vobis, ipſi e- c. 5.
nim diligenter ſcitis, quod dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Quum enim dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habenti, & non effugient.

Hæc ſunt, Sanctiſſime Pater, quæ de tempore Antichriſti, & fine mundi, diſcurrendo per mundum prædico, ſub correctione, & determinatione Sanctitatis veſtræ, quam Altiſſimus conſeruet feliciter, vt optatis. Amen. Scripta ſunt iſta, primordialiter, in Villa Alcanitij, die vigeſima ſeptima, menſis Iulij. Anno Domini, milleſimo quadrigenteſimo duodecimo.

HIEROGLYPHICVS
GLORIOSI PATRIS
DIVI PETRI
MARTYRIS
SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

CÆLVM VIRGINEVM.

O PETRE MARTYR, TV SPECVLVM MVNDITIÆ, TV CVSTOS INNOCENTIÆ,
Eccleſia. *TV SANCTI FLOS PVDORIS, DECVS HABES VIRGINEVM, IN SVPERNIS CHORIS.*

ARGVMENTVM.
LAPIS TRANSFIGVRATVS.

PROFECTO Cor carneum non erit, ſed Lapideum, non Pectus humanum, ſed æs, non Homo, ſed Petra; ille, qui in Angulari Petra Chriſto, purpuream Petram cernens inſculptam, ac transformatam, illius Herois, Inuicti, Inclyti, Veronenſis Luminis, Chriſtianorum Lucernæ, Solisque huius Cæli Virginei Dominicanæ Religionis; dico Magni; Præclari, ac Egregij Petri Martyris, inſolitis, & inauditis admirationibus, non obſtupeſcet? Ita Vgo

de Prato teſtificatur, inquiens; *Hoc bene conuenit Beato Petro Martyri, qui eſt Sol Prædicatorum; immò omnium Chriſtianorum lucerna; eoſque dirigens in via fidei, & morum;* & non tantum hoc, opacauit Iſaias dicens. *Ego mittam in fundamentis Syon, lapidem.* Quantum viuis coloribus manifeſtauit Apoſtolus ad Epheſeos ſecundo. *Superædificati ſupra fundamentum, ipſo ſummo Angulari lapide Chriſto Ieſu.* Hoc Verbum Diuinum, Petra fundamentalis, Lapis cognitus, ac probatus, Lapis Angularis, & prętioſus, ſupra dorſum ſuum tulit gratioſum recreandi onus. Lapis iſte, Cælum terramque coniunxit; Deitatem, & Humanitatem vniuit. Ipſe certè, modum inuenit, inclyti Petri Martyris prætioſum in ſe. Virtutum lapidem transformare. Quæ conuerſio, ſeu transformatio, à Spiritu Sancto, Eccleſiaſtici nono depingitur. *Conuertit illum in ipſam, & ſecundum ſe, veſtiuit illum virtute.* Quapropter, omnes imperfectionum fuligines abigit, ab omni labis næuo liberauit. Confirmatque Eccleſia. *Petrus Martyr, nullius mortiferi peccati labe, vnquam inquinatum ſe ſenſerit.* Amplius, Oculum acuit Petrus, ad Viſionem Beatificam. Aurem, ad Dei Verbum audiendum. Odoratum, ad dijudicandum veras, ſolidaſque virtutes. Guſtum, ad ſpirituales delicias delibandas. Tactum, ad corpus Chriſti venerandum. Greſſum, ad inuia Dei ambulandum, & linguam, ad laudes Ieſu iugiter decantandas: ita Zaccharias; *Super lapidem vnum, ſeptem oculi.* Et Vgo de Prato. *In fundamentis Syon, id eſt Eccleſia; lapis ponitur, quando Beatus Petrus Martyr, Sanctorum Martyrum cathalogo, qui fundauerunt Eccleſiam ſanguine proprio, ſociatur. Conuerſio eius probata fuit continuatione Sanctitatis, vſque in terminum perſeuerantia finalis. Vnde Beatus Petrus, quaſi lapis probatus in fabrica Eccleſiæ poſitus tonſura, & preſſione politus, ſupernis ædibus eſt inſertus. Ipſe enim deuotione gratus, humilitate lenis, benignitate ſuauis, pietate compatiens, patientia conſtans, charitate ſtabilis, & in cunctis morum maturitate compoſitus; alios profuſis virtutum aromatibus attrahebat.* Denique eximius Petrus Martyr, omni mortali veſte exutus, velut homo cæleſtis, cæleſti ſtola indutus, Filij Dei gerebat ſimilitudinem, vt verus oſtenderetur lapis transfiguratus; & Catholicæ fidei probatus propugnator. Marinus.

[Margin: Vgo de Prato in ſer. S. Petr. Mart. — Iſa. c. 28. — Ad Epheſ. c. 2. — Eccleſ. c. 9. — Eccleſia.]

——E vano, è vano
Dir ſole io credo, e nel Signor confido,
E l'operation varia dal grido
Per contrario ſentier torcer lontano.
Poco gioua al Nocchier per l'oceano,
Tener dritto il Timone al patrio lido,
Se non vuol poi sù l'elemento infido
Trattando i remi eſſercitar la mano
Non baſta à l'Horiuol ſenz'alcun fallo

[Margin: Marino nelle deuot.]

Che

L'hore ſegnar, s'à le ſonore rote
Moto non porge, & anima al metallo.
Vuolſi io Pietro accoppiar menti diuote
Zelo, e fatica, & imitare il Gallo
Che canta, e nel cantar le penne ſcote.

Inter præclariora encomia, excellentiores titulos, eximiora elogia, quæ à Dominicana Eccleſia; Integerrimo Inquiſitori. Chriſtianorum Duci. Animarum piſcatori zelantiſſimo. Aduerſariorũ vindicatori. Hæreticorum malleo: dico magno, ac perilluſtri Petro Martyri; coaptantur, hoc ſublimius, egregiuſque videtur. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram edificabo Eccleſiam meam. Nam Petrus Martyr in petra fidei, Petri tenet veſtigia.* Hac cum differentia. Ille totius Eccleſiæ primum fundamentum. Iſte, vt angularis petra, non ſolum ſuæ, ſed quæ deſunt alijs adimpleuit. (Eccleſia.)

Clemẽs Alexãdrinus, volens Chriſtianã diffinire philoſophiam, dixit. *Philoſophia, diuturnum ſapientia conſilium, quod æternum ambit amorem*: Ideſt virtus chriſtiana eſt conſilium, aut diuturna reſolutio, ſeù virtus optimè conſiderata, quæ in pueritia radices agit; ideoque inquit Iob. *Ab infantia creuit mecũ miſeratio.* Et Dauid pſalmo ſeptuageſimo. *Deus docuiſti me, à iuuentute mea, & vſq; nunc ſapientia conſilium.* Conſilium, quod à fonte perenni Diuinæ Sapientiæ, ſuum habet initium. Idem in vita glorioſi Petri Martyris legitur, quod à dierationis vſus, prætioſos virtutum lapides, propter Magnificum Sanctitatis ædificium; ipſiſmet aduerſantibus genitoribus; in Chriſto formoſa petra iecit, *Petra autem erat Chriſtus.* Quapropter eanit Eccleſia. *Petrus flos pulchritudinis, & Virtutum Sacrarium; nullum mortalis criminis ſenſit vnquam contagium.* (Iob c. 31. pſal. 70. Eccleſia.)

Vndè Apoſtolus Paulus, volens de Chroniſta Moyſe ſublimia oſtendere elogia, ſubdit. *Fide Moyſes, grandis factus, negauit ſe eſſe filium filia Pharaonis.* Legit Chryſoſtomus. *Negauit, ideſt abnegauit, ceù abhorruit.* Itaque erubeſcit, & contemnit Moyſes filium filiæ infidelis appellari, tanquam inimici Dei, & potius voluit, mille mortes ſufferre, quam filium infidelis nominari. Sed ò magnitudo, ò eminentia purpurati Petri Veronenſis, in quo valde vehementer actus iſte heroycus refulget, qui iam puer, non ſolum ſuos negauit, abnegauit, & abhorruit genitores, ſed in perpetua obliuione, tanquam mortuos à corde ſepeliuit. Immò maior admiratio eſt, quod Moyſes, vix tribus menſibus ortus, fuit damnatus in flumen demergi. Quando ad hoc ſpectaculum, præſens crudelis Mater, quæ rapta ab eius formoſitate; decretum iam promulgatum aboleri decernit; candidoque lacte cibari. Et ecce eodem tẽpore multæ, ad hunc effectum, nutrices paratæ, quas omnes, contẽnẽtes, ad Matrem cucurrit. Vnde obſtupeſcens Diuus Gregorius Nyſſenus de Vita Moyſis inquit. *Verum natura quadam inſita, mamillam omninò* (Ad Hæbr. 11. Chryſoſt. Greg. Nyſſ.)

faſtidiens, conſilio cuiuſdam propinquarum, à propria nutritur parente. Magnum prodigium, puerulus trium menſium, qui carẽs diſcurſu, neſciens diſtinguere inter lac, & lac, nihilominus oſtendit in hoc excedere Moyſes, naturæ limites, diuinamque ſeruare diſpoſitionem; nam cũ eſſet à Deo creatus flagellum infidelium, & populum ſuum à tyrãdide Pharaonis in libertatem vendicare, non decebat à muliere Iudæa fide infirma, lacte corrupto, nutriri. Quare Phylon Hebreus, de Vita Moyſis dixit. *Deo prouidente, vt prima educatio contingeret infanti, domi apud hos ipſos, ex quibus procreatus fuerat.* Per has vias ambulare decebat glorioſus Petrus Martyr, tanquam fortis Dei bellator, ad Manicheorum hereſim debellandam, eorumque oſſa idolata cinefacienda; attamen videtur oppoſitum, quod nunquam à domo ſuorum parentum abiuit, quare? Moyſi vix nato imperat à parentum dogmatibus migrare. Et Petro Martyri perſeuerare, cum his ſuis, infidelibus parentibus? atque cum eis familiaritate vti? ò elogia, ò encomia Diuini Petri Martyris. Videtur, quod Deus Maiorem habeat de eo fiduciam, quam de Egregio Croniſta Moyſi; ſed quid mirum, ſi erat lapis transformatus in Chriſto, cæleſti petra. *Petrus ad petram Chriſtum prouehi, meretur cum victoria:* Pro cuius amore, contra eoſdem parentes debebat ſuum prætioſum, effundere ſanguinem. Eccleſia. *Petrus Verona, parentibus Manichęorum, hęreſi infectis, natus, ab ipſa penè infantia, contra hęreſes pugnauit. Puer annorum ſeptem, cum ſcholas frequentaret, aliquando à Patruo hęretico interrogatus, quid tandem in his didiciſſet: Chriſtianæ fidei ſymbolum, ſe didiciſſe reſpondit, neque vllis vnquam Patris patruiue blanditijs, aut minis à fidei conſtantia dimoueri potuit.* Et notate, quod Petrus Martyr in ſola fide (cuius prærogatiuæ ſunt immenſæ) fundamenta iecit, ideo dicitur. *Puer in fide claruit, parentum carens nebula.* Caſonius de laudibus fidei.

Filon. de V. M.

Eccleſia.

Eccleſia.

Dal ſen d'Iddio, dà le beate forme
Segretaria del Cielo
Sempre al vero è conforme
Solo nodrita di celeſte Zelo
Occulta à voi diſcende
Mà quanto oſcura più, tanto più ſplende;
Interprete d'Iddio verace io ſono,
Miniſtra de la Gloria
Porta del Ciel, ſuo dono,
Arma à la guerra, e palma à la vittoria;
Libro che ſempre inſegna
Come in terra ſi ſerue, e'n Ciel ſi regna.
Sogetta hò la natura, e ſeruo il fato
Dono à morti la vita,
E l'afflitto, Beato.

Guido Caſoni.

Io ren-

Io rendo, e l'alma al ſuo gran fine vnita;
Poſſo fermare il Sole,
E dare il moto à queſta immobil mole.
Io nè le fiamme del Diuino Amore.
Vera Pirauſta viuo
Ogni otioſo Core:
Muto ſepolcro, e vera morte io ſchiuo;
Il viſibil non veggio
E l'inuiſibil Sol bramo, e vagheggio.
Ciò ch'inſegno, al fedel non sà, ma crede;
E poi di ſaper merta
In Ciel, quello c'hà in fede,
Che ben ch'oſcura io ſia, ſon però certa;
Scienza, Opinione
Non ſon, ma lume, oue non può ragione.
Son del'eterno Sol l'Alba felice.
Che'l picciol Mondo indora
Et amoroſo indice
Giorno di gratia, e le bell'alme infiora
Ma quelche in me s'accende
Lume non vedi, e ſol nel cor riſplende.

Notate lectores verba iſta,
ſcilicet, ab infantia contra here-
ſes pugnauit, quæ aliquid de
Diuino, & de ſupernaturali in-
cludunt, nempe quod Petrus
Martyr, Sanctus, natus eſt. Sic
Dominicana, canit Eccleſia.
Doctor, & Martyr, naſcitur Pe-
Eccleſia. *trus de infidelibus*. Et hoc non
eſt mirum, nam omnes ſanctos
huius Cæli Virginei Domini-
cani, voluit Deus ex Aluo ma-
terno, naſci ſanctos; Magnus
Pater, & Patriarcha Dominicus,
cum ſtella in fronte natus eſt.
Eccleſia. *Stella micans in fronte*
paruuli, nouum iubar præmonſtrat
Eccleſia. *ſæculi, cuius Ortum præcurrunt*
nuncia, veri præſagia. Angelicus
Doctor Diuus Thomas Aqui-
nas, cum Aue Maria, in manu
ſcripta, etiam natus eſt. Eccle-
ſia. *Conſpicuis literis in ea ſcripta*
Eccleſia. *viſebatur Angelica Salutatio, Aue*
Maria. Vincentius Ferrerius,
inſtar latrantis Canis, qui in
ventre Matris, cum vlulati-
bus, mundum reſonabat. Eccle-
ſia. *Mater adhuc eum vtero ge-*
ſtans, ſæpius audiuit, tanquam la-
tratus Canis in ventre ſonantis. Eccleſia.
ſeraphyca Catharina Senēſis ab
infantia ſe oſtendit vera Chriſti
ſponſa. Eccleſia. *Ab ipſa fer-*
mè infantia, ad ingentia diuina
gratiæ beneficia, nutriebatur. Bea- Eccleſia.
ta Agnes à Monte Politiano,
in egreſſu ab aluo materno, vir-
tute diuina, faces accenſæ in pa-
terno cubiculo, apparuerunt.
Eccleſia. *Agnes Virgo, qua hora*
ex aluo materno prodyt, cereæ fa- Eccleſia.
ces apparuerunt in eo conclaui ac-
cenſæ diuinitus. Ortus Beati Lu-
douici Bertrandi, à Diuo Vin-
centio Ferrerio fuit præcogni-
tus. Eccleſia *Ludouicus Bertran-*
dus honeſtis pyſque parentibus, Eccleſia.
& Sancto Vincentio Ferrerio de-
notis, natus. Sanctus Antoninus,
Florentiæ Archiepiſcopus; *Ab*
ipſa pueritia, vt canit Eccleſia e- Eccleſia.
gre-

gregium futura ſanctitatis ſpecimen exhibuit. Beatus Ambroſius Sanſedonius. *Ter Ieſu Chriſti Saluatoris nomen, infanti adhuc lingua, pronunciauit*. En denique Petrus Martyr; *Qui ab ipſa penè infantia, contra hæreſes pugnauit*. Ecce, ecce, quomodo Sancti huius, Cæli Virginei, tales ex vtero Matris nati ſunt. Et ſi Apoſtolus Paulus cum eſſet nobilis Romanus, quamobrem ab omni opprobrioſa ſententia, liber erat, attamen obſtinatus Iudex, odio, inuidiaque repletus, dixit, ſcias; *Quod ego multa ſumma, ciuilitatem hanc conſequutus ſum; cui Paulus, ego autem, & natus ſum*, Quaſi diceret, ſi tu emiſti, ego abſque pecunia poſſideo. Gloſa vero ordinaria, hoc Pauli dictum, Sanctis applicat; *Et ait, quod nobilitas fidei, & morum, facit homines Ciues Regni Cælorum*. Alij per pecunias ſanctitatem acquiſiuerunt eleemoſynam elargiēdo, ſicut Zachęus. Alij pænitentijs, & mortificationibus, vt Seraphycus Franciſcus, & Patriarcha Diuus Benedictus. Alij, qui ſacræ Doctrinæ, corda fidelium, imbribus irrigarunt cæleſtibus. Auguſtinus, & Baſilius. Alij à vulua nati ſunt, cum diuerſis futuræ ſanctitatis nuncijs, & ſunt huius Virginei Cæli Dominicanæ Religionis habitatores, inter quos ſuaui cantat concentu glorioſus Petrus Martyr; *Ego autem, & natus ſum*: Quaſi diceret à faſcijs, parentes abnegaui, à faſcijs Inquiſitor fui, à faſcijs, hæreticos perſecutus ſum, idcirco dicitur. *Petrus ab infantia contra hereticos pugnauit*.

Act. Ap. c. 22.

Gloſa

Res mira, Petrus Martyr, natus, nutritus, educatus, tot annis inter maternos amplexus, Patris illecebras, inter tot iuuenes, ſuos ęquales quamuis hæreticos, & quod tantam fidem conſtantiam, veritatem, realitatem, puritatem, modeſtiam, humilitatem, atque innocentiam conſeruaſſet? Certè mira res, inter iniquos, nō fędari; inter picem, non picari; inter lutum, non inquinari; inter nuptias, non cōuiuare; inter manichæas epulas, non ſaturari; inter peſtiferos fontes, non ſitire; inter corruptas ſectas, non participare; inter dulcia verba, non cadere; inter hæreticales rupes, non præcipitari; inter ſcopulos infidelitatis, non trudere, denique inter illecebrarum parentum flammas, non vri? Dicendum eſt, quod cuiuſcunque miraculi quantumuis eximij, excedit eminentiam; vt docet Diuus Gregorius. *Sicut enim grauioris culpa eſt, inter bonos, bonum non eſſe; ita immenſi eſt præconij, bonum, etiam inter malos extitiſſe*. Quod Petrus Martyr, inter ſpinas volutetur, & non pungitur; immenſi præconij eſt, nec laus digna, tam excelſi meriti inueniri poteſt. Vgo de Prato ſolum concludit. *De Prædicatorum enim Ordine prodit Roſa rubens, quæ regalibus oblata conſpectibus, intulit ſuauitatem odoris: in cęleſti quoque Roſario flos amęnus, rubeo colore rutilans, nunc eſt natus, ipſe enim prudenter attendens mundi fallacias, & ſaculi defluentis pericula, & errores, cuius bladimentis, multi decipiuntur, ſalubriter cogitare cæpit, quomodo cautè pede retracto firmis poſſit incedere greſſibus, ideo vitæ ſemitam eligens tutiorem, ſalubrem regulam eſt aggreſſus, per quam valeret*

Diuus Gregor. primo moral. c. 1.

Vgo de Prato.

rret Dati, dirigi, & reduci ad optatam requiem poſt laborem, ideſt ad requiem illius, de quo dicitur, requieuit die ſeptimo, ab omni opere, quod patrauit. Et confirmaret meum (per hoc) Argumentum, nimirum, lapis transfiguratus.

Vnde ad rem duas obſeruate pulcherrimas ſcripturas. Vnam de Chroniſta Moyſe: De Propheta Iſaia, alteram. Et mementote, quando magnus iſte hæbreorum Dux, poſt diuturnam, cum Diuina Maieſtate loquutionem, denique orauit, vt ſibi ſuam oſtenderet faciem, dicens. *Si inueni gratiã in conſpec-*
Exodi 33. *tu tuo: oſtende mihi faciem tuam.* Miror certè, dũ omnes ſciũt, Deum, Spiritum eſſe: Et quod ſolũ Moyſes dicat, eſſe corporeum? *Oſtende mihi faciem tuam*, inquit; Quomodo ergò poterat, oculo corporeo, ſpiritum videre? Percontor; quænam fuit Dei reſponſio, ad hanc importunam orationem? Ecce. *Non poteris videre faciem meam:* quaſi diceret, ò Moyſes ſcias, quod quãuis ſis meus charus amicus, & dilectus; attamen, non poteſt mortalis homo in hac vita, meã videre faciem: ſolummodo in cæleſti Patria, *Vbi omne bonum oſtendam*. Sed interim ſeorſum, hanc tenete ſcripturam. Ad aliamque procedamus. Iſaias, etiam fuit Dei cordialis, & amatiſſimus, qui huius quoque gratiæ cupidus, ideſt faciem Dei videre, ab alis Seraphym opertam, *Sex alæ vni, ſex alæ alteri,*
Iſa.cap.1. *duabus velabant, duabus volabãt*. Quid ei reſpondit Deus? *Poſui faciem meam, vt petram duriſſimam*. Hic, Pater Æternus loquitur in perſona Incarnati Verbi, & inquit, ſcias. Iſaias; *Quod faciem meam expoſui inſtar duriſſimæ petræ*; & quomodò? Formoſa facies, mei dulciſſimi Ieſu, in quam deſiderãt Angeli proſpicere; & quę ſanctos efficit Beatos; lapidi cõparas duriſſimo? Facies Saluatoris, cuius os ſuaue, dulcius erat, quam mãna Paradiſi? Cuius oculi pulchriores, quam duo cœli luminaria? Cuius ſerena frons, ſcintillãtior, quam ſtellę firmamenti? Cuius genæ purpureæ, rubicundiores, quam radius Solis? Duri, cõparata lapidi? *Poſui faciem meam, vt petram duriſſimam.* Alij legũt, *Poſui faciem meam, vt petram duriſſimam.*

Modo auditores ſcire expeto, quænam eſt iſta dura petra, cũ qua facies Chriſti vincta erat. Dico; Petrus Martyr; petra realiter per ſuam duritatem, in petra Chriſto, transformata. Durus lapis Petrus Martyr in defenſione fidei. Dura petra, in iudicare hæreticos. Durus lapis, eos obiurgando. Dura petra, eos vbique perſequendo. Durus lapis, patienter perſecutiones eorum ſufferendo. Dura petra, eos repræhendendo. Durus lapis, per conſtantiam tribulationum. Dura petra, vincendo tentationem. Durus lapis, in conſeruatione innocentiæ. Dura petra, in perſeuerantia puritatis vitæ. Durus lapis, quia per Ieſu Chriſti amorem nil vitam extimando, facie, ad faciem contra hæreticos, mortis ſententiam, promulgabat. Et hoc eſt. *Poſui faciem meam ſuper petram duriſſimam*. Facies Petri Martyris, transfigurata in faciem Chriſti, facta eſt durior inſtar marmoris, mortem

per

per ſui amorem ſubſtinens. Ita mirificè hoc cogitatum, Vgo affirmat. *Petrus Martyr fuit Petra duriſſima, immobilitate conſtantia; Petra limpidiſſima, puritate innocentiæ. Petra prominens, eminentia vitæ. Ipſe fuit petra duriſſima, immobilitate conſtantiæ, ſecundum illud Iſaiæ, capite primo. Poſui faciem meam, vt petram duriſſimam. Beatus Petrus fuit dura petra; quia ventis tentationum, non eſt motus. Durior, quia pluuijs tribulationum hæreticorum, non eſt deiectus. Duriſſima, quia fluminibus perſecutionum; vſque ad diuiſionem animæ, & corporis pertigentium, non eſt deuictus.* Ser. S. Petr. Mart.

Finxerunt Poetæ Gentiles, quod Myda, hanc, à Dijs gratiam obtinuit, quod quantum manibus tangebat, totum conuertebatur in aurum; tetigit ferrum, tetigit plumbum, & ſtatim viderunt, conuerti in extimabile pretium; ſicut quoque communem tetigit lapidem, & illicò in pretioſum metallum transſmutatum videtur. Eia videamus in prandio, quali ſapore ſit aurum; tangit panem, tangit carnem, tangit piſces, & omnia, proprias emittunt ſpecies, nam quidquid lingua, labia, manus, tangebant, in aurum, vt dixi, conuertebantur. Cognouit tunc miſer, quamuis ſerò, quod illa, quæ diuitias, beatitudinem, & vitam extimabat; paupertatem, miſeriam, & mortem innuebant. Totum oppoſitum, in Ieſu Chriſti manibus, obſeruo, quæ verè in aurum, immò, in æternæ vitæ gloriam, omnia à ſe contrectata commutabant. Ecce, ecce Petrus Martyr, qui tactus à Chriſto, ex petra, euaſus cæleſte aurum, ad tam ſublimem peruenit eminentiam, quod ſimul; cum Chriſto copulatus, vbi primo Petrus, petra erat, poſteaque ferrum, quod ſuum vulnerauit caput, & latera: hoc ferrum coniunctum, cum Chriſto, qui eſt Petra Magnes. *Dragma ſalutis Chriſtus eſt*, dixit Chryſoſtomus; eius effigiem, ſeu formam recepit, cum dictorio. *Iuncti petræ iudices eorum*, quod idem eſt. *Petrus in petra fidei, ad petram Chriſtum prouehi, maretur cum victoria*, ideſt Petrus petra, in petram Chriſtum transformata conſpicitur. Chryſ. Pſalm. 140.

Dixi; *Iuncti petræ iudices eorum*; quod Petrus Martyr, per poteſtatem iuriſdictionis, ſibi à Chriſto Domino traditam erit iudex: & quos iudicabit? Interlinealis. *Abſorpti ſunt, iuncti petræ, doctores heretici*, ideſt iudicabit hæreticos, ſua falſa cõfutando dogma; quapropter ab Eccleſia, *Malleus vocatur hæreticorum*. Vbi Diuus Pater Hieronymus gloſans dictum Hieremiæ, ad meum inquit propoſitum. *Quaſi malleus conterens petras, dum hæreticorum corda dura, & inſtar ſilicis indomabilia, ſermonis ſui, malleo, conterebat*. Et cum Diuo Hieronymo conformatur Vgo dicens. *Iſta hæreticorum vincula, Beatus Petrus benè diſrupit, & diſſoluit, ſecundum illud Iudicum, ſexto decimo. Rumpit vincula, quomodo ſi rumpat, quis filum de ſtuppa, tortum ſputamine, cum ardorem ignis acceperit.* Interl. in pſ. 140. Eccleſia. Hieron. in Oſeæ c. 4. Vgo loc. cit.

Malleus hæreticorum, dicitur Petrus Martyr, propter Eccleſiæ defenſionem, quæ eſt mater, & magiſtra veri religioſi cultus; eſt fons Veritatis; Do-

mi-

micilium fidei; Templum Dei; Arcaque myſtica Noë. Ipſa eſt, ſanguine Diuini Agni fœcundata; formata, inſtar, non terrenæ Hieruſalem. ſed cæleſtis, cuius veſtigia cupiens, ſequi Eccleſia militans, quotidie orat, atque ſuppliciter expoſcit, quod ſicut in Cælo, ita adimpleatur in terra diuina voluntas. Spetioſa certè, eſt Eccleſia militans, in integritate, & puritate operationum; ſuauis in mutua concordia, ac beneuolentia; pulchra in ſanctis, & caſtis cogitatis, dulcis in ſuauitate Euangelij, & ſpectata in ornamentis charitatis, & miſericordiæ; præterea illa eſt formidabilis per ſacræ ſcripturæ leges, per conciliorum generalium ſtatuta; per antiquarum traditionum obſeruantiam; per ſanctiſſimorum Pontificium præcepta. Idcircò eſt cincta agmine Apoſtolorum; munita choro Prophetarum, inſtructa acie Confeſſorum. Propugnata inuicto, ac purpurato Martyrum exercitu.

Nihilominus domus repleta eſt fumo, videlicet hæc myſtica Arca Noë, nempè Eccleſia, fumo repleta eſt. Vbi Diuus Ambroſius in Ioannem tomo 5. inquit. *Per fumum, doctrina hæreticorum deſignatur*; Qui fumus auſus eſt veritatem chatolicam obcecare; ſolemque Eccleſiæ Sanctæ Ecclypſare. A quo ſenſu, non multum diſtat Tertulianus dicens hoc, erunt hæreſes, Doctrinarum peruerſitate Eccleſiam Laceſſentes. En inter hæreticos, Donatiſtæ, qui martyrij ambitione, ſibi ipſis, mortem conſciſcebant. Carpocratiani, legem, quam ſuis imponebant erat, omnia committere ſcelera. Montaniſti, ſanguinem pueri, ab ipſis paulò ante crudeliter occiſi, in holocauſtū offerebāt. Gnoſtici, impudiciam imperabāt, abortūq; procurabāt. Caluiniſti, Luterani, alijq; noſtri tēporis ſectarij, poſtquā ſanctiſſimā indiuiduamq; Trinitatem, in Deo negarunt; In Chriſto humanitatem, Diuinamque Naturam Poſtquam homines Beatitudine priuarunt, Angelos quoque omni veneratione; magnam partem ſacræ ſcripturæ, & quaſi omnia ſacramenta; immo Altaria, Reliquias, Cruces, ſacras Imagines demerunt. Poſtremo negarunt Purgatorium; & pia ſuffragia animabus, in eo exiſtentibus ademerunt. Seminando iniquitatem, & nefaria facinora. Fati totum infallibili decreto attribuendo, & quod peius dicere ſolebant, quod Deus, bonitas infinita, ſit vera, ac propria cauſa omnis peccati, execrabile dictum; quis vnquā credere poteſt, nec etiam mente concipi, quanta malignitate ſit fumus iſte peruerſorum hæreticorum? Qui cum mille allucinationibus totaliter procurarunt, fidem obcecare catholicam, totum ſubmergere Chriſtianiſimum. Ambroſius. *Per fumū doctrina hæreticorū deſignatur; Eccleſiam, peruerſitate Laceſſentes.*

Sed vbi hæreticos Manichæos derelinquimus, Inclyti Petri Martyris competitores? Qui hanc falſam tuentes, & defendentes opinionem, nempè partem aliquam Diuinæ eſſentiæ, vt crearet res viſibiles, à Principe tenebrarum eſſe compræhēſam? Huic addendo, ſcilicet, quod æquale peccatum erat

Ambroſ. in Ioan. c 5.

Tertul. lib. de præſcrip.

D. Aug. lib. de hæreſ.

S. Epiph. hæreſ. 45

Teod. lib. 4. de hær.

Saluſtius.

Balarm. c. 5 orat. de cōtrauerſ.

ramuſculum euellere, ac homi-
nem trucidare. His Eccleſiæ
perturbationibus; his cruciati-
bus; his animi egritudinibus:
En fulgida Chriſtianorum ſtel-
la apparet; Huius Cæli Virgi-
nei, ſplendidiſſimus Sol, dico
malleus hæreticorum Petrus
Martyr, qui velut Arcus inter
nebulas fulgens, futuræ ſereni-
tatis ſignum, æmulorum inui-
diam ſuperauit, Manichæorum
ſuperbiam retundit; impetum
Inferni ſedauit, Eccleſiam, ſua
morte, illuminatam, ac fidem
illuſtratam reliquit. Ita Sanctus
Pontifex Innocentius Quartus.
Gaudeat inſignis Ordo Prædica-
Innocen. 4. *torum, quod ex eo prodijt ſtella*
micans, id eſt Petrus Martyr, iſte
eſt Arcus poſitus in nubibus, qui eſt
ſignum fœderis fidei Catholicæ, &
Carac. *ſubleuationis Sanctæ Matris Eccle-*
ſiæ. O Petre; ò Stella, ò Benedi-
ctũ Chriſtianorũ ſydus, ab hære-
ticis maledictum. Tu es Arcus
ille luminoſus, pro nobis fide-
libus; Tenebroſus pro infideli-
bus; Arcus Cæleſtis, Vates pa-
cis pro nobis: Arcus ignitus, ſi-
gnum vindictæ pro illis. Arcus
varijs coloribus ornatus, & tu
multis virtutibus ditatus, vnde
canit Eccleſia. *O Petre virtutum*
ſacrariũ. Ergo gaudeat inſignis Or-
Eccleſia. *do Prædicatorũ, quia Petrus Mar-*
tyr eſt Arcus poſitus in nubibus, qui
eſt ſignũ fœderis fidei Catholicæ, &
ſubleuationis Sãctæ Matris Eccleſiæ.

De Aquila dixit patientiſſi-
mus Iob. *In præruptis ſilicibus*
commoratur, atque in acceſſis ru-
pibus, inde contemplatur eſcam, &
Cap. 3. *de longe, oculi eius proſpiciunt,*
pulli eius lambent ſanguinem. Sed
qualis eſt iſta prærupta ſilex, ni-
ſi Chriſti corpus plagis, ac vul-
neribus foratum, ibi ſemper in-
colabat Aquila iſta Diuina, Pe-
trus Martyr; modo meditando
in cauerna maceriæ plagas, mo-
do flagella, modo vulnera, dum
mortalis erat, modo in forami-
ne petræ immortalitatis gloriã
contemplando. Hæcque erant
rupes, tam ſublimes, vbi nemi-
ni appropinquare licebat. Atta-
men Petrus Martyr, vt petra
transformata in Chriſto petra;
altius, & ſublimius contempla-
tione inter omnes licuit acce-
dere, & infinitam hanc delibare
dulcedinem. En verba Vgonis
de Prato. *Inquit Iob vigeſimo ter-*
tio, veſtigia eius ſecutus eſt pes Vgo.
meus; ſic iſte Martyr Beatus Petrus
veſtigia Chriſti, eſt ſecutus, ipſe
enim mortem voluntariè, pro morte
Chriſti reddidit; pellẽ pro pelle tra-
didit, ſãguinẽ pro ſanguine effudit.

Sed attendite, & mementote
illius prodigij, mirificæ petræ
Deſerti, quæ ſecundum Diuum
Hieronymum poſtquam aquas
vndauit, ad reficiendum ſiti-
bundum populum, ſemper po-
ſtea eundem ſequebatur popu-
lum, vbicunq; proficiſcebatur, Hieronym.
iuxta illud Apoſtoli Pauli, pri-
mę ad Corintheos decimo. *Bibe-* P. Cor. 10.
bant omnes, de conſequente eos pe-
tra: Itaque quando de vno loco
in alium populus pergebat, pa-
riter prodiga properabat petra;
ſi Populus circũmebat, ſimiliter,
& petra; ſi reuertebatur, eodem
modo ipſa petra; ſi ſubſiſtebat
in via, etiã, & petra: *Vnde inquit*
Hieronymus, vbicunq; figebat ten-
toria, voluebatur petra in medio
caſtrorum, nullo hominum impel-
lentes, emittens largiſſimos riuulos
ad ſatietatem populi. Modò
quis poteſt in his omnibus ab
Inuicto Petro Martyre abire?
Dum de ipſo verificatur, quid-

quid de petra deſerti aſſeritur; nam ſuæ aquæ benedictæ, inſtar prodigioſæ petræ, ſequuntur populi Chriſtiani deuotionem, *De conſequente eos petra*; quorum fides cæli cacumina pertingens, Petrus, velut ſilex à deuotione percuſſa, infinitas miraculorum emittit ſcintillas, nimirum mortuos ſuſcitando, infirmos curando, dæmones eijciendo. Eccleſia. *Turba currunt* Eccleſia. *languentium; ſigna coruſcant varia, & in petri præconium crebra creſcunt prodigia. Mens fuit Angelica, lingua fructuoſa, vita Apoſtolica; mors, quam pretioſa.*

Nec meritorum magnitudines inclyti Petri Martyris, ſolummodo in morte floruerunt, ſed mirè quoque in vita, idcircò vna vice, cum Mediolani contra hæreticos, in vna ſpacioſa platea diſputaret; auditores à ſolis radijs magnopere erant exuſti; quando, ecce vnus hæreticus hiſce modis vlulauit, ò ſcæleſte, & peruerſe Petre, ſi tu es, ita Sanctus, ſicut populus iſte affirmat, & ſi fides, quã prædicas, eſt ita verax; quare nunc vnam apparire non efficis næbulam, quæ nos ab his accenſis ſolis radijs defendat? Ita faciam, reſpondit Sanctus, quãdo tu, cum tuis conuerti mihi promitteris: ad hæc verba, maximi rumores hinc indè ſuſcitati ſunt. Catholici triſtes, & mæſti, timentes, ne per hoc fides, confuſionem aliquam perpetiatur. Hæretici, cælum vndique ſerenum aſpicientes; procliui erant ad facti concluſionem; ſed poſtea, vt pertinaces in eorum opinione, propoſitam conuentionem repudiarunt: Tunc Petrus dixit, vt cognoſcatur, quod Deus Optimus Maximus, Creator eſt omnium, non ſolùm Viſibilium, ſed etiam Inuiſibilium, propter catholicorum conſolationem, perfidorumque hæreticorum confuſionem; Rogo altiſſimam infinitam bonitatem, quod nunc in aère inter ſolem, & populum, næbulam, apparire faciat, quæ eum à ſolis calore defendat, & ecce ſtatim næbula in aère viſa eſt, populo ſeruiens, vt vmbraculum; ò prodigium, & inſigne miraculum: Ita affirmat Illuſtriſſimus Caracciolus Epiſcopus Aquinenſis. *Deus fecit clarum ſi-* Caracc. *gnis, & miraculis Beatum Petrum in vita, nam cum apud Mediolanum, quandam hæreticum à fidelibus captum, Beatus Petrus examinaret. Et multi Epiſcopi, & Religioſi, & maxima multitudo populi ibi conueniſſet, & maximus æſtus cunctos affligeret. Dixit hæreticus ille, coram omnibus. O Petre peruerſe, ſi tu es, ita Sanctus, ſicut hic ſtultus populus te affirmat, cur eum æſtu affligi permittis, & non rogas Deum, vt nubem aliquam interponat, ne affligatur iſta tanta multitudo. Ad quem Beatus Petrus reſpondit. Si vis promittere te abnegaturum hæreſim tuã, & fidem catholicam recepturum, rogo Dominum, vt faciet, quod dixiſti. Tunc fautores hæreticorum conclamantes dicebant, promitte, promitte; Credebant enim, quod fieri non poſſet, quod Beatus Petrus coram omnibus ſe facturum ſpopondit, & maximè, cum nulla nubecula, etiam minima appareret in aère. Catholici autem, ſuper obligationem Beati Petri contriſtari cœperunt, timentes, ne fi-*

des catholica, ex hoc confuſionem pateretur. Cum ergò hæreticus obligari ſe nollet. Beatus Petrus cum fiducia magna dixit. Ad hoc, quod Verus Deus Viſibilium, & Inviſibilium Creator monſtretur, & ad conſolationem fidelium, & confuſionem hæreticorum. Rogo Dominum, vt aliqua nubecula aſcendat, & ſe inter ſolem, & populum interponat. Quod præmiſſo Crucis ſignaculo factum fuit per magnam horam, in modum papilionis populum nubecula protegente. O magnitudo, ò gloria, ò encomium, cæleſtis bellatoris Petri Martyris.

Præterea dicere poſſumus, quod Spiritus Sanctus ſit prætioſiſſimorum minera lapidum; & quod innumerabilia ſunt dona, quæ ab hac extrahuntur. Et faber, cui conuenit illos præcidere, pro ſanctitatis animæ ędificio; alius non eſt, quam Diuina Sapientia. Vndè eodem modo, quo in præciſione lapidum; melior, ſeu perfectior pars eligitur pro ædificij ſoliditate. Sic ſimiliter, in formatione huius prętioſæ petræ, glorioſi Petri Martyris; electa eſt vna noua gratia; inciſa ſunt noua dona, longè abundantiora, quam alijs ſanctis eiuſdē ſphæræ: ideò ſanctus Pontifex Innocentius Quartus obſtepefactus, ſuper ſingularem gratiam, ac cæleſtes virtutes inclyti Martyris; vbi alij ſancti tranſactis centenis annis, in ſanctorum cathalago adſcribuntur; Petrū Martyrem voluit, anno ſequenti, canonizare. Ecclęſia. *Quem multis illuſtrem miraculis, Innocentius Quartus, anno ſequenti, Sanctorum Martyrum numero adſcripſit.*

Innoc. IV.

Eccleſia.

Et vt maiori claritate, huius excelſi ſancti elogia intuemini; nec non mirabilem eius, cum Chriſto transformationem; intellectum, ad altiora cogitata, extollamus. Et peto, quare Verbum Incarnatum martyrizari permiſit? Poterat reſpondi; ad liberandum à ſeruitute, ſatanæ genus humanum, bene, ſed pro nunc dicite, quod volens veritatem prædicare, fuit multiplici morte à perfidis carnificibus occiſus. Ioannes Euãgeliſta. *Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtra. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia, & tormento interrogemus eū, vt probemus patientiam illius; morte turpiſſima condemnemus eum.* Sap. c. 2.

Amplius per hanc veritatis confeſſionem. Iſaias propheta à Rege Manaſſe fuit in duas partes ſectus, quemadmodum affirmat Diuus Hieronymus in argumento ad Iſaiam. *Iſaia in Hieruſalem nobili genere ortus eſt, ibique prophetauit, ſub Manaſſe Rege, ſectus in duas partes, occubuit.* Etiam Hyeremias per prędicationem veritatis à populo fuit lapidatus, & in loco, vbi Pharaonis domicilium erat, ſepultus; ſic Diuus Hieronymus aſſerit. *Ita ſe habet natura, vt amara ſit veritas.* Ecce Daniel, qui eadem ratione, in lacu leonum poſitus fuit; Vndè Terentius dixit, *Obſequium inter amicos, Veritas odium parit.*

D. Hieron.

Terent.

Et ſi Gentiles conſideremus; audite

audite Anaxagoram, famoſiſſimum Philoſophum, vt Valerius Maximus, octauo libro diuinarum rerum ſcribit, quod interrogatus, quare Solem contemplabat; reſpondit, quia Deus non erat, ſed ignita petra contra falſam Athenienſium opinionem, qui ipſum Solem per Deum adorabant; D. Aug. lib. 18. de Ciu. Dei. *Idcirco tanquam veritatis promulgator, veleno interfectus fuit*: Vt docet Diuus Auguſtinus lib. 18. de Ciuitate Dei. En celebratiſſimus inter Phyloſophos Socrates, à Tullio in Tuſculanis magnificatus. *Quia philoſophiam à Cælo vocauit, & in Vrbibus collocauit, & coegit de vita, & moribus; rebuſque bonis, & malis quærere.* Socrates fuit, ſicut ſcribit Iſidorus, in ſecundo Æthimologiarum libro Æthicæ. Iſidor. *Primus, ad componentes, corrigendoſque mores inſtituit, atq; omne ſtudium eius ad bene viuendi diſputationem perduxit, diuidens eam in quatuor animæ virtutes, prudentiam, ſcilicet iuſtitiam, temperantiam, & fortitudinem*. Quamuis infelix; Veritatis gratia, crudeli morte, ab Athenienſibus fuit præmiatus. Et inquit Diuus Pater Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei capite 3. *Eum poſtea illa ipſa, quę publicè damnauerat Athenienſium Ciuitas, publicè luxit.*

Sed ad quid tot deſeruiunt exẽpla; ſi prima Veritas, vt dixi, per veritatem fuit in Cruce confixa, & martyrizata, quam fideliter ſecutus eſt, tanquam petra in ipſo transformata, ille, inter martyres hæros; Petrus Veronenſis Martyr, qui à pueritia Spiritu Sancto plenus, affirmando Deum eſſe Creatorem, non ſolum inuiſibilium, ſed etiam viſibilium à Patruo ſuo, hoc negante, pertinaciter oppoſuit. Ità Robertus Caracciolus Ordinis Minorum libro de Sanctis, ſermone de Sancto Petro Martyre confirmat, dicens: *Petrus Martyr, cum adhuc ſeptem annorum eſſet, & à ſcholis rediret, à Patruo, qui hereſim ſapiebat,* Caracciol. *quid nam in ſcholis didiceras, interrogatur. Qui reſpondit ſe didiciſſe. Credo in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem Cæli, & terrę. Et ille, noli dicere, Creatorem Cæli, & terrę, cum ipſe Viſibilium Creator non fuerit. At Petrus cõtrariũ affirmabat, & cũ Veritate, pro qua paſſus eſt, confundebat illum, itaut ei reſpondere neſciret.*

Vocatus ergo Petrus, à Spiritu Sancto ad ſublimioris vitę formã, Ordinis Prædicatorum inſtitutum ſuſcepit, vbi magno virtutum ſplendore ælucens. Ex creatus à Summo Pontifice primus Inquiſitor, in quo munere, nullam requiem perfidis hæreticis afferebat, quotidie arguendo, quotidie perſequendo, quotidie diſputando, quotidie ſui ſanguinis effuſionem offerendo; Primamque veritatem, ac Catholicam fidem conſtanter tuendo; qui hæretici, iudicantes ſe, vt impotentes non poſſe reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur, iamque moleſti, eum amplius videre, & audire, necem, quam ipſe paulò ante concionando prædixerat, illi intulerunt; nam impius Sicarius ſemel, atque iterum in capite, gladio vulnerauit, latera quoq; diro Mucrone tranſuerberata; Quare, hylari voce, credo, canendo, addebat.

Vnoi

Vuoi ſangue? ecco il mio ſangue, ecco il mio core
Queſta addenta, e quel beui, ecco la gola
Là mi ſueni il tuo ferro, e'l tuo furore
Cacci l'alma, ond'il varco hà la parola;
Beui al fonte fellon, picciolo humore
Acciò l'empia ſete, à la tua rabbia inuola
Queſto à picciol rigagno, io ſon ſcatente
Vena, à ſatiar l'empia tua ſete ardente.

Gabriele Chabrera Rime Sacre

Che trà'l furor delle percoſſe amare
Alzò gli occhi corteſe,
E con alma tranquilla
Sopra i duri occiſor prega clemente.
E moſtrò Pietro, bench'vn mare
D'ingiurioſe offeſe
Spegner non può ſcintilla
In alma, ch'è di Caritate ardente.

Vndè ſi Chriſtus pro veritatis prædicatione, Crucifixus eſt: per hanc ſimiliter Petrus Martyrizatus. Chriſtus à populo Iudaico occiſus: Petrus à turba hæreticorum interfectus. Chriſtus tempore Paſchali voluit pati: Petrus eodem tempore, martyrij palmam recepit. Chriſtus voce magna clamauit, Pater in manus tuas cõmendo Spiritum meum. Petrus Martyr eiſdem verbis exclamauit, & clauſit in ſempiternum oculos. Chriſtus per triginta argenteos Crucifixus eſt. Petrus per quadraginta libras martyrizatus. Ecce, ecce prętioſa petra Petrus Martyr, transformata in Chriſto angulari petra. Cogitatum hoc, non eſſe meum, ſed Patris Caraccioli dicentis. *Fuit paſſio venerãda Beati Petri Martyris, ſimilis Dominicæ Paſſioni. Chriſtus enim paſſus eſt pro veritate, quam prædicabat. Petrus pro veritate fidei, quam defendebat. Chriſtus paſſus eſt ab infideli populo Iudæorum. Petrus ab infideli turba hæreticorum. Chriſtus in Paſchali tempore Crucifixus. Petrus eodem tempore martyrium patitur. Chriſtus cum pateretur, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum dicebat. Petrus, dum occideretur, eadem verba clamabat. Chriſtus pro triginta denarijs fuit traditus, vt crucifigeretur. Petrus pro libris quadraginta fuit venditus, vt martyrium pateretur.*

Carac.

Igitur, quid mirum, ſi tribus aureolis fuit Petrus Martyr coronatus, vt tanquã priuilegiatus Chriſti, diſtingueretur ab alijs. Nam alij Sancti, ſi Virginitatis lilium, abſque macula conſeruarunt, caruerunt Doctoratus aureola, ac martyrij palma. Et alij ſi duplicem habuerunt coronam, nimirum Virginitatis, ac Doctoratus, nõ tamen martyrij. At Petrus Martyr, quemadmodum præclarus meritis, ita priuilegijs, & ſicut meritis excedit alios, ita, & priuilegijs, ideo tribus aureolis à Chriſto coronatur, vt ſingula-

tis petra in ipſo transformata. Beatus Albertus Magnus ſic diffinit aureolam. *Aureola eſt*

Albert. Mag. in compēd. Theol. lib. vlt. c. 29.

mentis ſpeciale gaudium, veniens ex opere extellenti, & priuilegiato. Christus tres aureolas largitur ei, qui egregiè in Virginitate, Prædicatione, & Martyrio, ipſi conformatur. De Virginitate inquit Hieronymus. *Vt illuſtrius Virginitatis meritum*

Hier. Epiſt. ad Sacras Virg.

clareat, & quam digna ſit Deo; & manifeſtius poſſit intelligi illud. Recogiteturque Dominus, & Saluator noſter; cum propter humani generis ſalutem, hominem dignaretur accipere, non alium, quam Virginalem, elegit Vterum. De Chriſti prædicatione dixerunt Euangeliſtæ, Matthæus, ſcilicet.

S. Matth. c. 8.

Capit Ieſus prædicare, & dicere pænitentiam agite. Et Sāctus Lucas. *Iter faciebat Ieſus per Ciuitates, & caſtella prædicans, & euangelizans Regnum Dei.* De eius martyrio, ſuam crudeliſſimam conſiderate paſſionem. Modò Petrus Martyr diuinè transfiguratus in tribus iſtis præclariſſimis Chriſti prærogatiuis, magno cum gaudeó, triplici ab eo coronatur aureola. Ita affirmat Vgo dicens. *Fuerunt enim multi alij martyres, ſine eminentia Virginitatis, & gratia prædicationis. Fuerunt multi*

Vgo ſerm. S. Petr.

Prædicatores, ſine palma martyrij, & Virginitatis, Fuerunt multi Virgines, ſine eminentia prædicationis, & corona martyrij. Sed Deus iſtum glorioſum martyrem, quantum ad eius triplicem virtutem; triplici honore dotauit, vt eius vis rationalis illuſtretur prædicationis gratia: eius concupiſcibilis, ornaretur Virginitatis gloria: Eius iraſcibilis dotaretur martyrij corona. Hæc eſt triplex aureola, aurea præmij ſubſtantialis ſuppoſita. Vnde canit Eccleſia. *Petrus nouus incola, Cælos laureatus aſcendit;*

Eccleſia.

Aureola triplici dotatus. Perſius.

Horatio Perſio Canto 6.

Segue colui, che tien la deſtra armata
Del ramoſcel, che trè corone intreccia,
Che trà Como, e Milan, l'Alma beata
Eſſalò fuor, de la mortal corteccia.
Quando gente nemica infuriata
Eſce da parte occulta, e boſchereccia,
Nel capo il fere pria, dopoi nel fianco,
E venne per Gieſù di vita manco.

Tres mirabiles lapides, regalem compoſuerunt Petro Martyri coronam, nimirum, Petra Petrus. Petra hæretici. Et Petra Chriſtus. Petra hæretici, per peccati obſtinationē. Petra Petrus Martyr, per fidei conſtantiam. Et Petra Chriſtus, per ſimilitudinem, & proprietatem. Petra hæretici, ſed liuore. Petra Petrus Martyr, ſed feruore. Et Petra Chriſtus, ſed amore: Petra vulnerat petram, per amorem Petræ. Hæc ſauciat, hæc recipit, Et hæc medicat. Curioſum Chryſoſtomi cogitatum dicentis. *Lapis eſt turba fera liuoris; firma tamen fide Martyr,*

Chryſ. orat. 5.

& ipſe lapis: Chriſto connectus eſt, ſtabiliſque lapis; ergo lapis, lapidem, ob lapidem, lapidauit, hic vulnerat, hic rogati, hic medicat. Igi-

tur

tur ſi petra Manichæa vulnerat per amorem Petræ Chriſti, Petram Petrum Martyrem, ad componendum Petro Martyri, prætioſam lapidum coronam, gaudenter canit Eccleſia. *Petrus Cælos laureatus aſcendit; Aureola triplici dotatus.*

Eccleſia.

Vnde cum palma in manu, tribus coronis ornata, perſonam exhibebat hæroycam, ac diuinam, cum qua alloquens Chriſtus dixit *Statura tua aſſimulata eſt palmę.* Ideſt perſona tua, ſimilis eſt palmæ: ſed quomodo huiuſmodi ſimilitudo probari poteſt? Scilicet ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ, ſi palma eſt arbor alta: Petrus Martyr mediocri ſtatura? Reſpondet Ioannes à Ieſu Maria, & ſignate miſteriū dicens, quod palma in altum aſcendens, terram verſus, ramos voluit: & nos dicimus, quod Glorioſus Petrus Martyr exaltatus in Cælo, oculos erga nos voluit peccatores, eiuſque ramos, ideſt ſua efficacia auxilia, erga nos indigentes procumbit. Sic ſcribit ſupradictus Author. *Palma, ramis reflexis, terram reſpicit, & tu Petre peccatores humi reptantes, ex tua reſpicis altitudine.* Eia, inclina aurem, ò eximie Petre Martyr, & nobis indigentibus, tuum præſta auxilium, per quod, ad te, totus confugit Chriſtianiſimus iuxta Zachariæ dictum. *Super lapidem vnum, ſeptem oculi.* Qui ſeptem oculi, ſecundum Varabli expoſitionem, eſt multitudo fidelium, quæ ſeptenario numero explicatur: qui numerus æquiualet infinito. Igitur eia, inclina aurem tuam, & deſcende: deſcende ad protegendum nos, ab ira ventura; deſcende ad tuendum nos, ab inſidijs Satanæ: deſcende ad coronandum nos, aureola diuinæ gloriæ, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Cantic. c. 7.

Zach. c. 3.

Vatablus



HIE-

HIEROGLYPHICVS
GLORIOSI PATRIS
DIVI ANTONINI
FLORENTIÆ ARCHIEPISCOPI
Sacri Ordinis Prædicatorum.

CÆLVM VIRGINEVM.

ANTONINVS VIRGINITATE NIVEVS, DOCTRINÆ LVCE SPLENDIDVS.

Eccleſia. *PRÆSVL, ET PASTOR OPTIMVS; CLARVM VIRTVTIS SPECIMEN.*

ARGVMENTVM.
SACRÆ OPPOSITIONES, AC METAMORPHOSES.

INVOLVTA problemata, obſcuri periodi, cõtrariæ propoſitiones, non adhuc intellectæ Metamorphoſes, videtur iſtæ, quæ in eximij laudem, Præſulis Antonini, Dominicana canit Eccleſia. *Antoninus, in paupertate Dives: in humilitate Magnus: & in corpore Angelus.* DICO INVOLVTA PROBLEMATA. Paupertatẽ, diuitias appellare; dũ vtraq; ſũt, quædam lucta, quæ mille expoſita eſt periculis; flumen, quod amaris abundat lachrymis; gau- Eccleſia.

dium, ſed vmbratile, ac fugitiuum; nauigatio lubrica, quæ dubioſum inter ſcholium,& ſiccitatem, inter nymbum, & caliginē habet portū. OBSCVRI PERIODI; Humilitatem videre inflatam, ac ſuperbam; ſimul videre coniunctum dulce, & amare; timidum, & tumidum; pauidum, & audacem; nudatum, & clypeatum; inermem, & bellicoſum; iucundum, & ferocem; pium, & impium; cōgelatum, & ignitum; mæſtum, & hilarem; pacificum, & bellatorem; occultum, & manifeſtum; compræhenſum, & triumphātem; beatum, & infelicem. CONTRARIÆ PROPOSITIONES, ATQVE NON ADHVC INTELLECTÆ METAMORPHOSES, vnire corpus, & ſpiritum; hominem, & Angelū; terram, & Cœlum; peccatum, & gratiam; ignorantiam, & ſcientiam; tenebras, & lucem, fragilitatem, & puritatem; incontinentiam, & Virginitatē. Quamuis iſta apud Altiſſimum Monarcham, non ſunt inuoluta problemata; neç obſcuri periodi, neque contrariæ propoſitiones, ſeu inauditæ metamorphoſes. Nam de primo loquēs, in pſalmo centeſimo quadrageſimo, affirmat. *Simul in vnum, Diues, & Pauper.* Pſal. 140. De ſecundo, per os Beatæ Virginis, ait. *Quia reſpexit humilitatem, fecit magna.* Luce 1. De tertio, ſcilicet, de Præcurſore, excelſa nuncians, inquit. *Ecce ego mitto Angelum meum.* Matth. c. 11. Quæ omnia, maximopere reſplendent, in egregio Præſule Antonino, ſanctitate eximio, ſcientia perſpicuo, dignitate præclaro. Angelus Grillus.

O cara fiamma del ſuperno Amore
Ond'è concetto, ond'è prodotto il mondo
Voce, ch'entro hai volume alto, e profondo
Il cui ſoggetto è il ſuo medeſimo Autore.

AngeloGrillo ne' cāzoni morali.

Maeſtra, e ſcuola, ond'il celeſte Ardore
S'apprende, e'l ben, ch'è d'ogni ben fecondo
Spirto, ond'è lieue ogni più graue pondo,
E frutto eterno de la vita il fiore.

Legge, ch'adempi ogni altra legge, e leghi
Amoroſa sù in Ciel anco i Beati,
E del Ciel fei quà giù ſcorta, e deſio,

Da quelle lingue il tuo valor ſi ſpieghi,
Che far lingue ardenti, onde i mandati,
Sparſer già ſparſi, in varie lingue, Dio.

Neſcio, quibus duobus ex polis, inter quos Cœlum gloriæ volutatur in orbem adhærere debeo, dum paratus ſum, egregias glorioſi Præſulis Antonini laudes canere. Sanctitatis, an ſcientiæ. Hæ ſunt duæ manus, Eccleſiaſticum thronum ſubſtentantes; duæ columnæ, arcum triumphalis honoris tuetes; duæ plantæ, glorioſos flores germinantes, duo cardines aurei,

rei, ianuam fidei defendentes, duo montes, in quorum cacumine; alius altior mons fundatur, nimirum honoris paſtoralis, è cuius conſpectu, ſurgunt montes zeli; extolluntur poli iuſtitiæ, formantur cardines miſericordiæ, radicantur plantæ eleemoſynæ, ſtabiliuntur columnæ boni exempli, & extenduntur manus ſcientiæ, & ſanctitatis.

Et ſi ſanctitati prius, mentis præfigimus oculos. En à pueritia Pręſulem Antoninum, Paſtoris exercere munus, vt alter Dauid educaretur, ad pugnandum contra Goliam; quę quidem ars, ei vt præludium deſeruiret, ad animarum regimẽ. Sicut Chroniſtæ Moyſi, vt benè adnotauit Fylon hæbreus. *Cui ars paſtoralis, præludium fuit ad regnum*. Et Eccleſia de Magno Antonino loquens ait. *Ab ipſa iam pueritia egregium futura ſanctitatis ſpecimen exhibuit*. Vndè Religionem ingreſſus, mira cæpit abſtinentia clareſcere, itaut ſua vita, cõtinuum fuit ieiunium, de quo dicitur. *Diſciplina regularis, ſui ipſius ſeueriſſimus exactor, carnes, niſi in graui agritudine, numquam edit. De eius rara pęnitentia, ſua narrat hiſtoria; quod humi, aut in nudo tabulato cubabat, cilicio ſemper vſus, & interdum zona ferrea, ad viuam cutem incinctus. Tanta quoque gratia enituit, quod mortuos ſuſcitauit; potentiſſimumque ſe oſtendit in opere, & ſermone*. O virum ineffabilem, quem tanta ſignorum poteſtate Dominus decorauit, vt etiam *Vnigenitum Patris, ad vitam reuocauerit, erat enim magnus in opere, & ſermone, & rerum mirabilium patrator*. Angelicus Doctor Diuus Thomas Aquinas, volens melliflui Bernardi eloquentiam laudare, inquit, *Os gemmeum*. Certè noua laus; attributum realiter inuſitatum. Quare, non idem dici poteſt de ore Diuini Antonini? Qui communi elogio, Antoninus, *Pater conſiliorum dicebatur*? Propter gemmata verba, quæ ex eius ore egrediebantur. Vnde quid mirum, ſi tanto erat ingenio, & ſciẽtia prẹditus, quod, vt nouum prodigium ab omnibus admiraretur. Nouum dico prodigium, dum abſque magiſtro, abſque præceptore, cum ſola grammatica, tot, tantaſque ſcientias didicerit, quod piè cõcludi poteſt, eas diuinitus accepiſſe: dicamus ergo, ò Antonine, ò os gemmeum, huius Virginei Cæli Dominicanæ Religionis.

Phyl. hæbr. in vit. Moyſi lib. 1.

Eccleſia.

D. Thomas.

Sed vbi ſunt ſacrę oppoſitiones? vbi diuinæ metamorphoſes? ipſum mirificè coronantes? Ecce. *In corpore Angelus; In humanitate magnus. In paupertate diues*. En oppoſitio; ſi corpus; quomodo Angelus? ſi demiſſus, quomodo magnus? ſi pauper, quomodo diues? Profectò eloquium, ita ſublime, ac mirificum, ſicut iſtud, nempè. *In corpore Angelus*, vſque modo, non intellectum. De Inclyto Stephano, ſolum legitur vultum habente Angelicum. *Viderunt vultum eius, quaſi vultum Angeli*. Diuum vero Thomam, tantummodo, nomine gaudere Angelico. At eximius Antoninus: *Angelus in corpore*; Non vultu ſolum, non nomine tantum; *Sed in corpore Angelus*. Ad meum dixit propoſitum Nazianſenus. *Chriſtus cum proceſſiſſet ex Virgine*,

Eccleſia.

Naz. Orat. orat. ad Virg. *ne, in carne paſſus eſt, tunc effulſit caſtimonia, diuidens mundum.* Volens dicere, quod duo inueniuntur mundi. Vnus ab Authore naturæ productus. Aliuſque à gratiæ fonte; inter quos maxima inuenitur differentia; nam primus aſſimulatur Cælo, de quo dicitur. *Simile eſt Regnum Calorum.* Secundus, *Decem Virginibus.* Modo, quibus ex his duobus, attinet Antoninus? Corpus ſuum, ex qua sfera eſt ambitum? Reſpondet Eccleſia, *In corpore Angelus*, Ideſt sferæ Angelorum pertinet, nempè Cælo. Vidi Cęlum apertum, *Et Angelos deſcendentes, & aſcendentes.* Et ecce Antoninus, velut cæleſtis Angelus, aſcendens, & deſcendens, ideſt die terris, pauperibus dabat Verbi ſemina; & nocte Cæli, perluſtrabat limina, vbi alia non reperiuntur cogitata, nec alia ſignantur veſtigia, nec alia obſeruatur vita, niſi Angelica, & Diuina. Eccleſia. *Credendum eſſe*

Eccleſia. *Antoninum, tunc magnum in Calo, qui tanto Chriſti exarxit zelo.* Et Diuus Hieronymus. *Effulſit*

D.Hier. *caſtimonia, diuidens mundum, & vidi, & ecce Agnus ſtabat ſuper Montem Syon.*

Modo dico, quare Agnus ſtabat potius ſuper Montem Syon, & non ſuper Montem Lybani, aut Olimpij? Fortaſſis, propter ſublime Sacramentum, quod in hoc ſacro nomine Syon

Lyranus. clauditur, qui mons iuxta Lyranum, & alios, idem ſonat, quod ſiccitas; ſed repugnat, quod Mons Syon, ſuper quem iugiter gratiæ pluunt, ſimulque ſit aridus, & ſiccus? Quomodo erit poſſibile, vbi liberaliſſimus Virtutū; præmiator, non iā anguſta manu, ſed magnifica, & largā gratias, dona, priuilegia, fauores, diuitias; ſublimes Cæli prerogatiuas, Virginibus diſtribuit: dicatur nunc aridus, & ſiccus? Quod oſtendatur Deus, ita aridus, erga quemlibet illorum, itaut dicere poſſit. *Ecce ego lignum aridum*? Sed ecce ægre- Psal. 36.
gius Antoninus, Paraninphus Cæleſtis, qui quamuis miris donis, gratijs, priuilegijs ornatus, vt Mons Syon (erat enim Angelus in corpore) nihilominus, aridus, & ſiccus, ideſt humilis, & depræſſus, tanquam carens virtutibus, gratijs, & ſanctitate, extimabatur, quapropter canit Eccleſia, & eſt ſecunda ſacra metamorphoſis: *In humilitate* Eccleſia.
magnus. Vnde fuit, ita humilis, quod eſt incredibile, quidquid circa hoc, eius narrat hyſtoria, dicens: *Adeo autem in eo humilitas enituit, vt etiam cœnobijs, ac Prouincijs prefectus, abiectiſſima Monaſterij officia, demiſſiſſimè obiret.* Ecce, ecce Antoninus *In humilitate magnus*; Quia ex hac, orta eſt eximia in eo ſanctitas. Et profectò aridi ſunt in terra, qui ab inclytis virtutibus, non curant, voluptatum, aliquem recipere humorem; ſed quaſi plantæ diuinæ, radices in bonis cæleſtibus nutriunt; quare per humilitatem magni æuaſi; gratiæ eis pluunt, & fiunt diuites, fæcundi, coronatique aureolis, ac ſublimi diademate. *Nomen ſempiternum* (Inquit Deus) *Dabo eis, quod non peribit.* Igitur quomodo perire poterat Glorioſus Antoninus, ſi erat huius Cæli Virginei, Cæleſtis Dux, atq; Domini Athleta. *In humilitate magnus.*

Ad quam magnitudinem

conſequendam, non eſt neceſſe nobilitas ſanguinis, non eminentia ſtatus, non copioſitas diuitiarum, non acclamatio, non aura popularis, non laudes, nō panegirici, non oſtentatio tui, non turba ſeruorum, non fama faciet te magnum, quibus noſtrum inflatur ambitioſum Cor. Sunt hæc enim indicia noſtræ debilitatis: ſuntque noſtræ fragilitatis propugnacula. Nec denique forma quidem, ſcilicet pulchritudo, aut Vires, magnum te facere poſſunt; ſolum neceſſe eſt ei adherere, qui non ſit corruptioni ſubiectus, cui furor cecæ fortunæ; aut humanæ malitiæ impetum, ceu violentiam facere non poſſet: & quis eſt? Reſpondet Bernardus Melliſluus. *Profunda humilitas*; Idcirco Antoninus; *In humilitate magnus*, Nam quanto magis nil ſe extimabatur, tanto magis Deus, prærregrinis gratijs, extraordinarijs priuilegijs, eximijs honoribus, exaltabat. Populus prædicabat præclaras Antonini virtutes, & ipſe confeſtim humilitatis pallio occultabat.

Sen. Ep. 51.

D. Bern. ſer. 16. in Can.

Et Deus per eandem cauſam, toti manifeſtabat mundo. Vnde Nicolaus Papa, audiens ſanctitatis magni Antonini mirabilia, benè informatus, hæc protulit verba. Credo non minus eſſe dignum Canonizationis Antoninum viuum, quam Diuum Bernardinum mortuum, qui ſeruato conſuetudinis Ordine, in ſanctorum numero, à me adſcriptus eſt, Verba tanti Pontificis realiter digna, in teſtimonium ſublimæ ſanctitatis Magni Antonini; cuius eximiæ virtutes, ita cor Papæ Eugenij Quarti accenderunt, quod eum in publico Conciſtorio, Florentiæ Archiepiſcopum creauit: quod ſciens Antoninus, illicò cogitauit fugere, ſed ab amicis rogatus; immò Apoſtolicis minis perterrefactus, in eo acquieuit. Et ſubdit Eccleſia. *Beatus Antoninus ad præſulatum, quaſi ad cruciatum raptus.* Cruciatum vocat Epiſcopatum, qui ſi aliquantulum gaudet gloria, penitus tamen tranquillitate, & pace; ita Stephonius.

Nicol. Pap.

Eugen. 4.

Eccleſia.

Alta præſtatur quies
Rebus obſcuris, habet
Ille plus vitæ, hic via,
Diuites, vulgo, auro
Splendides, inopes voces;
Rebus humanis color
Additus, rarò manet:
Regia nunquam; fuga
Cuncta, præcipites rapit,
Solis, obliquus labor,
Citius Regno, tamen
Ludit in cautos, placens,
Illius Regni decor
Breuis, & rarò ſuus.

Stephonius in Criſpo.

Pur

Purpura fallax honor,
Inſtar aſtiua Roſa
Defluunt, ſpina ſedent.

Antoninus, cum non poſſet à ſe proycere iugum Præſulatus: prædicauit preceptum Domini; conſtitutus eſt in Monte Sancto eius. Quare in monte? Reſpondet Eccleſia. *Sed non bene ſub modio, lumen ardens occulitur, ad Præſulatum trahitur, lucens, inflammans populos.*

Eccleſia.

Et ſi honores, gradus, prærogatiuæ, cura animarum, ſunt inſtrumenta multum propria virtutis exercitio; tamen multoties per familiares habent alterigiam, & vanam gloriam: quamobrem, ab ipſamet virtute alienantur ſubigendo vitio, & miſeriæ. & quanto maiorem gloriam, & ſplendorem apparenter oſtendunt, tanto infælicem efficiunt hominem. Hæ rebelliones, nunquam in mirabili Antiſtite Antonino triumpharunt. Nec iſti honores prorſus eum à ſua prima, & profunda humilitate amouerunt; quam diligenter retinuit, & conſeruauit. *Præcipuè pro munere Archiepiſcopatus, in quo vix dici poteſt quantum prudentia, pietate, charitate, manſuetudine, & ſacerdotali Zelo excelluerit.*

Eccleſia.

In hac ſanctitatis excellentia ſeruatus eſt, ſemper Glorioſus Antoninus, tanquam fidelis, & bonus paſtor prædeſtinati ouilis. Vnde ſi mihi non creditis, audite verba dilecti Diſcipuli, ab ore aureo Chryſoſtomi ſignata, Ambulabat Chriſtus in Iudæa, & aſpiciens, quod Apoſtoli obſtupebant, eum videre à tot innumerabilibus perſonis comitatum; volens hanc eorum admirationem expellere, dixit eis. Scitis ò Apoſtoli, quare hæc turba mea ſequuntur veſtigia. *Quia ego ſum Paſtor bonus, & cognoſcunt me mea.* Super quæ verba, Chryſoſtomus inquit, totam ſacram legite ſcripturam, & nunquam inuenietis, nec nomen, nec titulum, quem ſibi ipſi, Chriſtus impoſuit, adiunctum cum hoc adiectiuo. Bonus, bona, bonum; niſi nomen Paſtoris, quando dixit: *Ego ſum Paſtor bonus.* Dixit quoq; *Ego ſum Vitis*, Sed non addit bona. *Ego ſum flos campi*, Sed non ſubdit bonus. *Ego ſum oſtium*, Et non dicit bonum: itaque nunquam inuenietis hoc adiectiuum, niſi quando inquit. *Ego ſum Paſtor*, & quare? Reſpondet Chryſoſtomus. *Quia Prælati conuenit ſtudio, tanquam adamantinis armis, circumſpectum, in omnibus gerere ſemper.* Debetis ſcire, ait Chryſoſtomus, quod Paſtor, ſeu Prælatus, neceſſitate, debet eſſe bonus, & ſanctus, & non ad tempus. En inclytus Antoninus, erat iam Paſtor, erat Prælatus, ſed bonus, & ſanctus, cuius bonitas, cuius zelus, non fuit ad tempus, cuius ſanctitas non nomine ſolum, ſed quidditatiuè, & formaliter; Eccleſia. *Beatus Antoninus ad præſulatum, quaſi ad cruciatum raptus; doctrina, & moribus, vſque ad obitum gregem ſuum pauit.*

Chryſ. in Ioan. c. 11.

Eccleſia.

Exemplo humilitatis, abſtinentiæ, pænitentiæ, & liberalitatis, gregem ſuum Antoninus paſcebat, oſtendendo ſe regulam, & normam Epiſcoporum.

Et

Et tanquam verus ſponſus, ſuã ſponſam, diligendo Eccleſiam; non eam prædando, furando, ſpoliando. Cantica capitulo primo. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem, vulnerauerunt me, tulerunt pallium mihi.* Prælati ſunt iſti, ait Bernardus, qui vectigalibus Eccleſiæ ſuæ ſponſæ, conſanguineos locupletantur, & ſæpe ſæpius abſq; pallio remanet, ideſt deficiunt debita paramenta ad colendos ſolemnes dies. Audite formoſa melliflui Bernardi verba, ſermone ſeptuageſimo ſeptimo in Cãtica. *Pauci admodum ſunt, qui, non quæ ſua ſunt, quærant, ex omnibus charis ſuis diligunt munera, nec poſſunt pariter diligere Chriſtum, quia manus dederunt mammonæ: intuere, quomodo incedunt, nitidi, & ornati, circumammitti varietatibus, tanquam ſponſa procedens de thalamo ſuo; inde eſt, quod illa pauper, & inops, & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta hiſpide exungui; propter hoc, non eſt hoc tempore ornare ſponſam, ſed ſpoliare; non eſt cuſtodire, ſed perdere, non eſt defendere, ſed exponere, non eſt inſtituere, ſed proſtituere, nõ eſt paſcere gregem, ſed mactare, & deuorare.*

Cant. c. 1.

Bern. ſerm. 77. in Cant.

Neque contenti Eccleſiam exuere, cõſanguineoſq; ditari; adhuc panẽ pauperibus demũt; non obſtante quod Eccleſiæ patrimonium, ſit pauperum cibus; nec de hoc ſatisfacti, egregia cupiunt palatia, pecuniarum quantitatem in banco. Bernardus ſuper Ecce reliquimus omnia. *Epiſcopus non ſibi de bonis Eccleſiæ, ampla Palatia fabricet, mutans quadrata, rotundis; nec loculos inde congreget, nec in varietate, & ſuperfluitate diſpergat, non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut nepotes, nec filias dixerim nuptui tradat. Res pauperum, non pauperibus dare, ſacrilegij crimen eſſe dignoſcitur; ſanè patrimonium pauperum, facultates ſunt Eccleſiæ.* Confirmat Diuus Pater Auguſtinus de ſe ipſo loquens, *Non ergo debemus habere temporalia ad poſſedendum, nec ego, qui Epiſcopus ſum, habere debeo, niſi tantum ad diſpenſandum; quia bona Eccleſiarum, patrimonia pauperum ſunt.* Huius opinionis fuit Eminentiſſimus Gaetanus, ponderando illam, Chriſti benedicti, actionem, qui volens tributum ſoluere, noluit pecuniã quæ apud Iudam, vt Collegij Apoſtolici depoſitarium, ſeruabatur, ſed imperauit Petro, dicens. *Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto eius ore, inuenies ſtaterem, da eis pro pro me, & te.* Gaetanus. *Notandum eſt, quod Ieſus, quamuis loculos communes habuerit apud Iudam, noluit tamen communibus, vti ad proprium perſonaleque debitum perſoluendum. Exemplum prabens Prælatis, vt communibus Eccleſiæ bonis, non vtantur ad propria, ſed ad communia.* Ecce Glorioſus Antoninus, ſpeculum Epiſcoporum; lumen Eccleſiæ, exemplum bonorum, ſimulacrũ ſanctitatis eijecit conſanguineos, ampla dereliquit Palatia; aurum, argentumque ſpræuit, paupertatem amplexus eſt; & Eccleſiam ſuam ſponſam induens, ſe ipſum exuit; pauperes ſaturauit. *Pater erat pauperum, gregemque ſuum doctrina, & moribus panit.*

Bern. ſuper Ecce reliqu. omnia.

D. Auguſt.

Gaetanus.

Matth. c. 17.

Gaetanus.

Vigilate, vigilate ò Prælati,

&

& diligenter Thomam audite Angelicum, ſuper illa verba Apoſtoli, ad Hæbreos tertio decimo, dicentis. *Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem animabus veſtris reddituri.* Thomas Angelicus. *Hoc eſt enim maximum periculum, hominem de factis alterius rationem reddere, qui pro ſuis non ſufficit.* Ita affirmat Hieronymus in quito decimo cap. Hyeremię. *Reddent enim Prælati in die Iudicij rationẽ de ſibi commiſſis; quando fiet eis illa quæſtio, vbi eſt grex, qui datus eſt tibi? pecus inclytum tuum? quid dicas, cui viſitauerit te?* Et addit Chryſoſtomus homilia trigeſima quarta. *Omnium quos regis virorum; & mulierum, & puerorum, reddenda eſt ratio; tante igne caput tuum ſubijcis? miror enim, ſi poteſt ſaluari aliquis rectorum.* Nihilominus reperiuntur multi non ſatisfacti; nec vnius ſponſæ ſaturati; aliam maioris prouenti procurant. Oleaſter. *Miſeranda res eſt in Chriſtianiſmo, non videre Epiſcopum, aut Prælatum, qui aliam prælaturam maiorem, aut pinguiorem non deſideret, & ad eam non inclinare videatur?* O magnitudo; ò gloria eximij Antonini, qui non ſolum permutare non quæſiuit, ſed paratus ſemper ad eam recuſandam. *Antoninus, cum non poſſet à ſe proijcere iugum præſulatus, prædicauit præceptum Domini, conſtitutus in monte ſancto eius.*

Ad Hæbr. c. 13.

D. Hier. in Hyer. c. 15.

Chryſ. in hæbr. hom. 34.

Oleaſt. in num. 14.

Eccleſia.

Non minus excellentiæ eſt, alia prærogatiua, quæ cæleſti lumine, ſanctum illuminat Præſulem, & in ordine eſt tertia ſacra Oppoſitio, ſeù metamorpheſis; nempe Antoninus *In paupertate Diues.* Pro qua obſeruate mirabilem artem Dauid, dicentis, vt vult Pagninus. *Depauperatus ſum nimis.* Et poſtea addit cum Auguſtino. *Ego Dixi in extaſi mea,* Docens modum, quomodo fieri poteſt, eſſe in paupertate Diues, & ait; exuebam me purpura, ſceptrum deferebam, deponebam coronam, ſimulque cum auro, & argento; itaut, tanquam nil haberem. Et ſubiungit, quod hæc mirabilis philoſophia, non appræhendit à communi ſchola, ſed in extaſi, ſcilicet in ſchola Dei. *Ego dixi in extaſi mea.* Modo percontor, quid accidit ei, qui in extaſi raptus eſt. Reſpõdet Apoſtolus Paulus. *Scio hominem in corpore, ſiue extra corpus neſcio; raptum huiuſmodi vſque ad tertium Cælum.* Itaque Animæ in Cælum raptæ, duo adueniunt, primo, quod corpus in terram relinquit; ſecundo, quia eleuatur vſque ad ſydera, ad gaudendum de Deo facie ad faciem. Eadem vſus eſt arte; in hoc Cælo Virgineo, Glorioſus Pater Antoninus, qui inſtar Dauid exuendo ſe argento, & auro, totumq; pauperibus largiendo, Religioſam amplexus eſt paupertatem, vt in eadem paupertate efficeretur Diues, nempè gloria, ac infinitis alijs cæleſtibus donis. *In paupertate diues.* Immò in miſericordia erga pauperes, Sanctum præcelluit Martinum, non ſolum dimidiam pauperi, donando clamydis partem, ſicut ipſe fecit, ſed totam; quamuis, antequam ad portam, perueniret Ciuitatis; aliam ſibi diuinitus traditam fuiſſe. Eccleſia. *Pauper amauit pauperes, in miſeros miſericors, intrepidus in perditos, pluſquam mitis in humiles.* Et ſi Anima in Cælum rapta, dua-

Pagn.

Auguſt.

2. Cor. 12.

Eccleſia.

bus

bus gaudet prærogatiuis, nempè derelictione corporis in terra, & eleuatione ad ſydera. Antoninus, vt *Angelus in corpore*, raptus eſt in Cælum, vt animã, viſu gloriæ, cæleſti ditaret ſplẽdore; & corpus reliquit in terra, paupertate indutum. Dicatur ergo, *In paupertate Diues*. Vnde cum his pietatis diuitijs, ſpe induit pænitentes, virtutibus illuminat iuſtos; fructibus pænitentiæ fæcundat peccatores, *O Beate Antonine, ora pro nobis quæſumus.*

Beatum eum vocat Eccleſia; *Quia Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem*. Notate, quod non dicit, qui videt, ſed qui intelligit ſuper pauperes, & quare? Reſpondeo, quod dum aliquis videt, ſenſu exteriori pauperem, quia talis in ſe eſt, & ita apparet; talis viſio non tranſit vltra, & nõ eſt miſericordioſa; ſed eum contemplando poſtea, cum intellectu fide illuminato, Deum inuenit, quĩ cum eſſet Diues, pro nobis mendicus, & pauper factus eſt; ideo Antoninus, vt dilectus Dei Filius, vix has cæleſtes contemplans diuitias, quod illicò ſuum erigens intellectum, vera fide illuminatum, velut alter Ioannes, ſupra pectus Ieſu recumbens, pauperum Patris nomen obtinuit. *Pater eram pauperum.* Et quid amplius? etiam titulum Beati. Hieronymus. *Beatus, qui*

D. Hieron. *cogitat de paupere*; & Gaetanus.

Beatitudines erunt, intelligentis

Gaetanus. *ad pauperem.*

Cum hac diuina intelligentia, ac lynceis oculis, Magnus Antoninus, in pauperem contemplauit Diuini Verbi perſonam: cuius triumphantem, & laureatum. Currum vidit Ezechiel capite primo, oculis plenum. Sed quid denotant oculi iſti. Reſpondet quidam antiquus Doctor, quod repræſentant omnes fideles, qui tanquã Cæci per auerſionem à Deo, & viſu indigentes ſpirituali, currunt ad Argum, nimirum ad Glorioſum Antoninum, qui velut Argus, non ſolum centum, ſed innumerabiles habet oculos; ideo dicit; *Oculus fui Caco,* Ideſt paratus ſum, illuminare omnes Cæcos; ſcilicet peccatores, in peccato obſtinatos. *Aperientur oculi veſtri*; Quapropter canit Eccleſia. *O Præſul mitiſſime, tuis Chriſto precibus reconcilientur peccatores.*

Ezech. c. 1.

Pintus in Ezech.

Eccleſia.

Miror profectò, quod inter omnes ſanctos, de quibus Eccleſia laudes, & triũphos celebrat, nemo de ſe ipſo dicit, niſi glorioſus Antiſtes Antoninus. *Pater eram pauperum, oculus fui caco, & pes claudo.* Euidens ſuæ ſublimæ ſanctitatis, & charitatis argumentum. *Oculus fui caco.* Oculi ſecundum Platonem, per cognationem, quam habent, cũ Solis igne, qui diem illuminat, eos accendit, ſuntq; quaſi fontes & chriſtalli: vnde ſcaturit, & fulgurat ignis, qui in corpore cælatur humano; & quando lumen interius foras egreditur, inueniens, amicam ſolis lucem, coniungitur cũ ipſa, & ſic vnitę proficiſcuntur, ad viſitandum obiecta, à quibus ſpecies recipiunt, quas ſenſui exteriori repræſentant; indeque potentijs animæ, vt ipſa conceptum formet, intelligat, & videat. E contra in nocte, vix ab oculis, lumẽ egreditur, quod confeſtim euaneſcit, quia vix coniunctum cũ

O aere

aëre diſſimili, omnique priuo ſplendore, velut inimicus fugit, intus clauditur, & non amplius videt.

Eodẽ modo nos dicere poſſumus, quod quamuis æternus Sol, ſemper luminoſos radios circa glorioſũ Antoninũ fudit, qui igne amoris, quẽ in pectore clauſum habebat, flãmas ſemper ab oculis fulgurabat, vt Cæcis peccatoribus lumen infunderet. Amplius, dũ in Cœlum per cõtemplationem proficiſcebatur; in reditione poſtea, cæleſtiales Paradiſi conſolationes, animæ amanti afferebat.

Oculus fui cæco.

Occhi ſcultori induſtri,
Che con maeſtra, & inuiſibil mano
Fate l'ingegno humano,
Ricco Museo, che ſcopre
D'Iddio, e dell'huomo, i magiſteri, e l'opre.

Specchi de la Natura,
Soli de la beltà giudici eletti,
E de' più dolci affetti
Care imagini, e belle,
Simulacri de l'alma, ardenti ſtelle.

Voi ſete Duci a' ciechi ſenſi,
Miniſtri à l'Arte, à la Natura freggio,
Ad Antonin preggio,
A l'huom guida, e cuſtode
Al Ciel vagheggiatori, al Mondo lode.

Sed interdum accidit, quod diuina prouidẽtia, reuocat ſuã diuinam liberalitatis lucem, indigentibus; & per maiorem Sanctorum ſuorum gloriam, intra ſuæ poteſtatis manum celat. Et ecce Antoninus, tamquã familiaris, & intrinſicus Dei ſeruus, totus amore, ac charitate purpureus, verus pauperũ Pater extimatus *Pater erã pauperũ.* Fiducialiter, tamquam cæleſtis Secretarius Diuinæ Prouidentię, manum aperit, ſuaſque pauperibus diuinas largitur gratias, dicendo cum Dauid pſalmo ſeptuageſimo. *Deum manibus meis exquiſiui, quia Pater erã pauperũ.* Pſal. 70. O religioſæ manus, ſed ſatis audaces nonne ſciebatis, quod amans Deus, lucem ſuæ prodigalitatis beatiſſimam, intra pugnum abſcondit, & inter nubes, quas circum circa continet; non ſolum ſolem, ſed ſe ipſum latet, quẽadmodum Iob affirmat. *In manibus abſcondit lucem.* Iob. 35. Pagninus. *Nubibus aperuit lucem.* Pagn. Magnus Antoninus, cum floridis manibus charitatis, atque

que coronatis purpureis roſis amoris, nubem, quam circum habebant, diſcindit: manū aperuit, diuinam lucem, quam ſubuenienti pauperes abſcōdebat, extraxit. Pagninus. *Et præcepit ei, vt rursū adueniat*. Vnde Antoninus denuò laureatus remāſit, hilarique voce canens. *Pater eram pauperum, oculus fui cæco, & pes claudo.*

Pagn.

Sed quare Diuus Antoninus, tam amicus pauperum oſtenditur? Dico, quia Auri, & Argēti fuit crudelis inimicus; ſemperq; in memoriam reuocabat illam auream Chryſoſtomi ſententiam, dicentis. *Non diligit proximum, qui diligit aurum, immo inimicus omnium erit, qui pecuniarum amicus erit.* Homo ſine charitate, & amicus auri? ſtatim ſuſcipit inimicitias, & pugnat in Regijs, in tribunalibus, in ciuitatibus, in domibus priuatis, in locis ſacris, & prophanis: immò, conculcat Sacras leges, vt liberè pupillos, ac viduas ſpoliare poſſet. Os Iudicum claudit, vt in fauorem iuſtitiæ, nemo loquatur. Vendit fidem matrimonialem, quam contaminat conſortio extranij affectus, populos armat bellis iniuſtis; opprimit innocentes, occultat veritatem a falſa inuenit teſtimonia; falſificat ſcripturas; adulterat polizam; mutat teſtamentum; fugit pauperum ſanguinem; mercede defraudat operarios; promouet contagium vſuræ; prodit ſocium; zizanias inter conſaguineos ſeminat. Chryſoſtomus. *Non diligit proximum, qui diligit aurum, quia hinc inimicitia, hinc pugnæ, hinc contentiones, hinc bella, hinc ſuſpiciones, hinc conuitia, hinc furta, hinc cædes, ac ſacrilegia, propter hoc aurum, non ciuitates, non regiones ſolum, ſed, & viæ ipſæ, & qui habitatus, & qui non habitator vrbis, & montes, & colles, & ſaltus, vno verbo, omnia cædis, & ſanguinis plena ſunt; propter hæc natura leges ſubuerſæ, & cognationis iura conuulſa: hinc, ſiue in domo, ſiue in foro, ſiue in iudicijs, ſiue in curijs, ſiue in Regijs, ſiue in vbicunque vijs, omnia mala pullulare videbis.* Igitur, quid mirum, inclytum Antoninum, hos pecuniæ auidos, odiſſe; ſi totius mali erant cauſa, & origo? Immò illud, quod magis cor ſuum transfigebat, videre diuites, Chriſti pauperes expellentes, & Canes, Equos, Aues libenter alentes. Chryſoſtomus. *Vt ipſi habeant currentes Canes, Aues volantes, Equos ſpumantes, nudantur Domini Ieſu in pauperibus? Quid eſt hoc? Quamuis ſæpè accidit, quod pecunia accumulata negotijs illicitis, nempè vſuris, & rapinis, citò, citò euaneſcunt;* ita Abbas Angelus Grillus.

Chryſ. Chryſ. Chryſoſt.

Paſſa à eſtraneo, ò nemico, ò toſto, ò tardo,
Forſe ad ignoto ſucceſſor baſtardo.
O ciechi, il tanto affaticar, che giova?
Tutti torniamo à la gran madre antica,
E'l nome noſtro à pena ſi ritrova.

Ang.Grillo.

aëre diſſimili, omnique priuo ſplendore, velut inimicus fugit, intus clauditur, & non amplius videt.

Eodē modo nos dicere poſſumus, quod quamuis æternus Sol, ſemper luminoſos radios circa glorioſū Antoninū fudit, qui igne amoris, quē in pectore clauſum habebat, flāmas ſemper ab oculis fulgurabat, vt Cæcis peccatoribus lumen infunderet. Amplius, dū in Cœlum per cōtemplationem proficiſcebatur; in reditione poſtea, cæleſtiales Paradiſi conſolationes, animæ amanti afferebat.

Oculus fui cæco.

Occhi ſcultori induſtri,
Che con maeſtra, & inuiſibil mano
Fate l'ingegno humano,
Ricco Muſeo, che ſcopre
D'Iddio, e dell'huomo, i magiſteri, e l'opre.

Specchi de la Natura,
Soli de la beltà giudici eletti,
E de' più dolci affetti
Care imagini, e belle
Simulacri de l'alma, ardenti ſtelle.

Voi ſete Duci à' ciechi ſenſi,
Miniſtri à l'Arte, à la Natura freggio,
Ad Antonin preggio,
A l'huom guida, e cuſtode
Al Ciel vagheggiatori, al Mondo lode.

Sed interdum accidit, quod diuina prouidētia, reuocat ſuā diuinam liberalitatis lucem, indigentibus; & per maiorem Sanctorum ſuorum gloriam, intra ſuæ poteſtatis manum celat, Et ecce Antoninus, tamquā familiaris, & intrinſecus Dei ſeruus, totus amore, ac charitate purpureus, verus pauperū Pater extimatus *Pater erā pauperū.* Fiducialiter, tamquam cæleſtis Secretarius Diuinæ Prouidentiæ, manum aperit, ſuaſque pauperibus diuinas largitur gratias, dicendo cum Dauid pſalmo ſeptuageſimo. *Deum manibus meis exquiſiui, quia Pater erā pauperū.* Psal. 70. O religioſæ manus, ſed ſatis audaces nonne ſciebatis, quod amans Deus, lucem ſuæ prodigalitatis beatiſſimam, intra pugnum abſcondit, & inter nubes, quas circum circa continet; non ſolum ſolem, ſed ſe ipſum latet, quēadmodum Iob affirmat. *In manibus abſcondit lucem.* Iob. 35. Pagninus. *Nubibus aperuit lucem.* Pagn. Magnus Antoninus, cum floridis manibus charitatis, atque

que coronatis purpureis roſis amoris, nubem, quam circum habebant, diſcindit: manũ aperuit, diuinam lucem, quam ſubuenienti pauperes abſcõdebat, extraxit. Pagninus. *Et præcepit* Pagn. *ei, vt rursũ adueniat*. Vnde Antoninus denuò laureatus remãſit, hilarique voce canens. *Pater eram pauperum, oculus fui cæco, & pes claudo.*

Sed quare Diuus Antoninus, tam amicus pauperum oſtenditur? Dico, quia Auri, & Argẽti fuit crudelis inimicus; ſemperq; in memoriam reuocabat illam auream Chryſoſtomi ſententiam, dicentis Chryſ. *Non diligit proximum, qui diligit aurum, immo inimicus omnium erit, qui pecuniarum, amicus erit.* Homo ſine charitate, & amicus auri? ſtatim ſuſcipit inimicitias, & pugnat in Regijs, in tribunalibus, in ciuitatibus, in domibus priuatis, in locis ſacris, & prophanis: immò, conculcat Sacras leges, vt liberè pupillos, ac viduas ſpoliare poſſet. Os Iudicum claudit, vt in fauorem iuſtitiæ, nemo loquatur. Vendit fidem matrimonialem, quam contaminat conſortio extranij affectus, populos armat bellis iniuſtis, opprimit innocentes, occultat veritatem a falſa inuenit teſtimonia, falſificat ſcripturas, adulterat polizam; mutat teſtamentum; fugit pauperum ſanguinem; mercede defraudat operarios; promouet contagium vſuræ; prodit ſocium; zizanias inter conſaguineos ſeminat. Chryſoſtomus. *Non diligit proximum, qui diligit aurum, quia* Chryſ. *hinc inimicitia, hinc pugna, hinc contentiones, hinc bella, hinc ſuſpiciones, hinc conuitia, hinc furta, hinc cædes, ac ſacrilegia, propter hoc aurum, non ciuitates, non regiones ſolum, ſed, & viæ ipſe, & qui habitatur, & qui non habitator vrbis, & montes, & colles, & ſaltus, vno verbo, omnia cædis, & ſanguinis plena ſunt; propter hec natura leges ſubuerſa, & cognationis iura conuulſa: hinc, ſiue in domo, ſiue in foro, ſiue iudicijs, ſiue in curijs, ſiue in Regijs, ſiue in vbicunque vijs, omnia mala pullulare videbis*. Igitur, quid mirum, inclytum Antoninum, hos pecuniæ auidos, odiſſe; ſi totius mali erant cauſa, & origo? Immò illud, quod magis cor ſuum transfigebat, videre diuites, Chriſti pauperes expellentes, & Canes, Equos, Aues libenter alentes. Chryſoſtomus. *Vt ipſi habeant currentes Canes,* Chryſoſt. *Aues volantes, Equos ſpumantes, nudantur Domine Ieſu in pauperibus? Quid eſt hoc? Quamuis ſæpè accidit, quod pecunia accumulata negotijs illicitis, nempè vſuris, & rapinis, citò, citò euaneſcunt*; ita Abbas Angelus Grillus.

Paſſa à eſtraneo, ò nemico, ò toſto, ò tardo,
Forſe ad ignoto ſucceſſor baſtardo.
O ciecchi, il tanto affaticar, che giona?
Ang. Grille. *Tutti torniamo à la gran madre antica,*
E'l nome noſtro à pena ſi ritroua.

Eiſdem ferè verbis; de hominis miſeria, loquens Cælius Magnus, inquit.

Celio Magno.

Apre naſcendo l'huom pria, quaſi al piante,
Ch'à l'aria gli occhi, e ben quinci predice
Graui tormenti, à' ſuoi futuri giorni,
Nè quà giù viue altro animal, che tanto,
Sia di cibo, e veſtir priuo, e infelice,
Nè ch'in corpo più fral di lui ſoggiorni;
L'accoglie poi trà mille inſidie, e ſcorni
Il mondo iniquo, e'n laberinto eterno
Di trauagli, e d'error l'intrica, e gira.

O Antonine, ò ineffabilem Virum, qui nec labore victum, nec morte vincendum; felicem, ac Beatum te vocat Diuus Gregorius Naziãzenus dum Chriſti ouile, tanto regiſti zelo.

Naz. car. 16.

Felix, qui plebem imperio, dum ritè gubernat,
Humanis places, per pia ſacra Deum.

Felicem, ac Beatum te appellat Gregorius, quia paupertatem amplexus es religioſam, & de Eccleſiaſticis theſauris pauperes aliſti.

Greg.

Felix, qui puris opibus, dominatur amicam
Pauperibuſque libens, porrigit vſque manum.

Felicem denique, & Beatum te iudicat Nazianzenus, quia opere, & ſermone Chriſtum ſequutus es, propterea, ò Præſulum gemma, fide, ac meritis egregie, pietate mirabilis, charitate ineffabilis, ſuccurre nobis nunc, & ãnte Deum. Amen.

Felix, qui Chriſtum manibus, non ſignis honorat,
Multiſque eſt vita regula, lexque pia.

HIEROGLYPHICVS GLORIOSI PATRIS DIVI HYACINTHI SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

CÆLVM VIRGINEVM.

Eccleſia.

HYACINTHVS, VITÆ INNOCENTIA, CVNCTOS IN SVI ADMIRATIONEM RAPVIT.

VIRGINITATEM PERPETVO COLVIT.

ARGVMENTVM.

FILIVS EMVLATOR, AC COMPETITOR.

CÆLESTIBVS donis, ac extimatis laudibus, Decorus fuiſſet ille, ſi à Diuina Gratia, Diuinus ei impertiretur ſplendor ad nouæ formam filiationis penetrandam. Cæleſtibus dico coruſcaret, auxilijs, ſi illud in eximio Hyacintho pro noua affirmaret filiatione, quod Iſaias prædixit, nimirum. *Præ exultatione cordis laudabant.* Ideſt, quod Beata Virgo dulciſonis, ac iucundis vocibus præcinere debebat: *Gaude fili Hyacinthe, quia tuæ à filio meo exaudiuntur* pre-

preces, & quidquid petendum duxeris, me interueniente, conſequeris. Et ſi ille cui, omne genu, cæleſtium, terreſtrium, & Infernorum flectitur, nunquam Filij Mariæ glorioſum nomen, alicui voluit communicare: immò decreuit, quod ſicut Virginis, ipſe ſolus, Vnicus erat filius, ita ſolus, cum hoc cælſo, & egregio nomine nuncupatus fuiſſet. Sic Spiritus Sanctus in Prouerbijs, quarto decimo teſtatur, dicens. *In gaudio*
Prou.c.14. *eius non miſcebitur extraneus*. Quapropter Populi annuebant.
Matth.c.13. Nonne hic eſt filius Mariæ? ſed (ò mirum) vt oſtenderet, quam, inter alios ſanctos apud eum, inclytus Hyacinthus præcioſus eſſet. Quod quamuis non ſit in poteſtate mulieris, adoptare filios; tamen ex indulgentia Principis, ad ſolatium filiorum, adoptare poſſunt. Idcircò voluit æternus Princeps, propter ſingularem erga Glorioſum Hyacinthum amorem quod Filij Mariæ nomine gauderet; propterea inquit Beata Virgo. *Gaude fili Hyacinthe*, Ac ſi Hyacinthus per hæc Virginis verba, eandem in ſe Vnigeniti formam reciperet. Iulius Camillus.

Quaſi Sol fiammeggiante vnico, e viuo,
Quaſi arco in nube dolce, colorita,
Quaſi aurora dal natio ſuo, partita,
Quaſi ſeren, d'ogni contrario ſchiuo.

Giulio Camillo.

Hor d'acceſi Rubin, ſembri vn monile,
Hor d'aurei Chryſoliti, il lume fingi,
Hor'inſieme li meſchi, e varia, e vaga,
In cento modi, i riguardanti appaga.

E'l cor, che cupo hai troppo, e voto il ſeno,
Qual vrna (ò Giacinto) ſenza fondo.
Empir nol può giammai, piacer terreno.

Se'l mar de la tua gloria ampio, e profondo,
Dentro gli Abiſſi ſuoi, nol colma à pieno,
Dandogli quel che in vàn promette il mondo.

Res ſatis manifeſta, & clara eſt apud Sapientes, quod ſimilitudo rerum Creatarum. Alia eſt perfecta. Alia imperfecta. Hæc quidem ſecunda, in homine reſpectu Dei reperitur, Geneſis primo. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Alia perfecta, qua etiam in ipſo homine inuenitur, quando per gratiam regeneratur: Vnde per vtrumque modum Geneſ.c.1.
dici

dici poteſt Filius Dei. Ita Angelicus Doctor Diuus Thomas 3. parte quæſtione 32. art. 3. *In homine eſt quædam ſimilitudo Dei imperfecta, in quantum creatus eſt ad imaginem Dei. Et perfecta in quantum recreatus eſt, ſecundum ſimilitudinem gratiæ, & ideo vtroque modo, poteſt homo dici Filius Dei, & quia ſcilicet eſt creatus ad imaginem eius, & quia eſt ei aſſimilatus per gratiam.*

D. Th. 3. p. q. 32. ar. 3.

Inde eſt, ſecundum eundem Diuum Thomam, quod Spiritus Sanctus eſt, qui vult, quod nos erga Deum affectu moueamus filiali, & quod cum noſcamus per noſtrum amoroſiſſimum Patrem; & tanquam Pater, debitum ei reddere honorem, atque gratias. De hoc loquens Apoſtolus, ad Romanos octauo ait. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum; in quo clamamus Abba Pater.* Et quia ad pietatem propriè pertinet officium, & cultum Patri exhibere, conſequens eſt, quod pietas ſecundum quam officium, & cultum exhibemus Deo, vt Patri per inſtinctum Spiritus Sancti, ſit Spiritus Sancti donum. Immò dico, quod etiam Religio eundem cultum exhibet Deo, ſed ſecundum diuerſam formalitatem, nempè vt Creatori; At pietas, vt Patri; quia apud Deum dignior eſt titulus Patris, quam Creatoris, conſequenter, maius donum eſt pietas, quam virtus Religionis. Alia vero pietas, quæ etiam eſt virtus, & reſpicit Patrem carnalem, eſt minus digna virtute Religionis, quæ Deum, vt Dominum reſpicit. Sed pietas, vt donum, Deum, vt Patrem reſpicit. Thomas Angelicus, loco, vt ſupra citato, nempè 2. 2. quæſt. 121. art. 1. dicit. *Pietas, qua exhibet Patri carnali officium, & cultum, eſt virtus, ſed pietas, quæ eſt donum, hoc exhibet Deo, vt Patri.* Et in reſponſione ad ſecundum argumentum, inquit. *Exhibere cultum Deo, vt Creatori, quod facit Religio, eſt excellentius, quam exhibere cultum patri carnali, quod facit pietas, quæ eſt virtus, ſed exhibere cultum Deo, vt Patri, eſt adhuc excellentius, quam exhibere cultum Deo vt Creatori, & Domino. Vnde Religio eſt potior virtute pietate; ſed pietas ſecundum, quod eſt donum, eſt potior Religione.*

Ad Rom. c. 8.

D. Th. 2. 2. q. 121. ar. 1.

Titulus iſte Patris eſt ita dignus in Deo, quod alij Patres carnales nomen Patris amittũt, quãuis vere Patres ſint. Ita ait Chriſtus Matthæi vigeſimo ſexto. *Nolite vocare Patrem ſuper terram, vnus eſt enim Pater veſter, qui Cælis eſt.* Matth. 26.

In Cælis eſt Pater noſter, cuius inextimabilis amor, in hoc inſpicitur, quod proprium filium miſit in mundum. Ioannes. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ioan. c. 3. Nec conueniebat in dubium ponere, quod Maria tanquam Mater eiuſdemmet Filij, ac æmulatrix amoris Patris, materno amore fideles amet, vt ſuos filios. Et hoc eſt ita euidens, quod contrarium aſſerere, ſequeretur amorem ſuũ imperfectum, & in ordinatũ eſſe, & patet, nã charitas eius eſt perfecta, & amat Deũ, amat iuſtos in Deum, amat peccatores amore Dei. Vnde quaſi eſt eadẽ ratio de Maria, ac de Deo, nam ipſa eundem filium nobis donat, itaut dicere poſſumus. *Sic Maria dilexit nos, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Et

Et certè, imperium inter om-
nes alios tenet, hic Mariæ A-
mor, erga Diuinum Hyacin-
thum, dum eum, titulo, ita no-
bili, & ſingulari, nempe filij
honorat. *Gaude fili Hyacinthe*
quaſi cum pari, ſeù æquali Chri-
ſti amore, ſui naturalis filij, di-
ligeret. Et hæc eſt Diuini Hya-
cinthi æmulatio. Quare modo
Theologis percontor. Multipli-
catur nè habitus charitatis; vo-
lo dicere. Si charitas, qua ama-
tur Deus, ſit diſtincta à charita-
te, qua amatur proximus. Re-
ſpondent cum Angelico Doc-
tore Diuo Thoma, ſecunda ſe-
D. Th. 2.2. cundæ, quæſtione trigeſima
q. 33. tertia, quod non eſt diſtincta,
quia eſt eadem ratio formalis
diligendi, quæ eſt Deus; ergo
eſt idem amor, quo amatur
Deus, & proximus: & ſic idem
habitus, igitur eadem charita-
te diligit Maria Chriſtum ſuum
filium naturalem, ac Hyacin-
thum ſuum filium adoptiuum,
cuius eximiæ prærogatiuæ à ſo-
la Maria cognitæ fuerunt, ideo
dixit. *Gaude fili Hyacinthe, quia*
tuæ filio meo exaudiuntur preces,
& quidquid petendum duxeris, me
interueniente conſequeris. O ma-
gnitudo, ò eminentia huius Cæ-
li Virginei Dominicanæ Reli-
gionis.

Et pro maiori probatione:
Amor, vbi maiorem habet
partem, in filiatione naturali,
an adoptiua, Ratio eſt euidẽs, &
eſt Diui Ambroſij dicẽtis, quod
filius naturalis, non eligitur per
filium, vt ametur; ſed amatur,
quia filius eſt, ideoque illa non
eſt generatio amoris, ſed natu-
ræ, in qua operatur caſus; &
non electio. Ambroſius. *In na-*
Ambr. *tura caſus, in adoptione iudicium.*
Quod vero magis hunc, quam
illum eligam per filium adopti-
uum, opus amoris eſt, quia plus
amo hunc, quam illum. Vnde
ad meũ propoſitũ dixit Theo-
doſius Imperator. *Adoptio eſt* Theodoſ.
partus intellectus. Et eſt ille in- Imp.
tellectus, qui ab amore eſt mo-
tus, & regulatus; ergo in filio
naturali operatur caſus; In a-
doptiuo iudicium, & amor. Ta-
citus libro primo ſuæ hiſtoriæ,
hoc planè affirmat. *Generari, &*
naſci à principibus fortuitum, nec Tacit. lib. 1.
vltra extimatur adoptandi iudi- hiſtor.
cium integrum, & ſi velis eligere,
conſenſu monſtratur. Me expli-
co, quod non volo aſſerere. In
generatione Chriſti, Caſum
operari, hic eſſet error, ſed ſo-
lum profero pro encomio filij
emulatoris, comparationem,
ſeù competentiam inter filia-
tionem Chriſti naturalem, &
adoptiuam inclyti Hyacinthi,
& fiat illa conſequentia, quæ
veritati non repugnat, & quæ
manifeſtet erga dilectum fi-
lium Hyacinthum, mirabi-
lem Mariæ amorem. *Gaude*
fili Hyacinthe.

Sed Ariſtotiles, & ſi parum à
noſtra videtur ſententia rece-
dere, ſubdens, libro nono Æthi-
corum, capite octauo. *Magis di-*
ligunt omnes, quæ facta ſunt cum Ariſt. lib. 9.
labore, & ideo Matres magis fi- Ethic. c. 8.
lios amant, quia eorum generatio
laborioſa eſt magis. Nihilominus
ſi ita eſt, etiam, & magnus Hya-
cinthus fuit partus doloris, nam
cum dolore, eum peperit Ma-
ria, vt dicitur Apocalypſi, ca-
pite duodecimo. *In vtero ha-* Apoc. c. 12.
bens, cruciabatur, vt pareret. Et
tunc quando *ſtabat Mater doro-*
loſa iuxta Crucem lacrimoſa; Er-
go ſiue cum dolore, ſiue ſine

do-

dolore, ſemper remanet inclytus Hyacinthus, vt filius competitor, magnopere à Maria dilectus. *Gaude fili Hyacinthe.*

Non eſt ſanctus in Cælo, qui
Luc. 2. non fuit filius doloris Mariæ, &
de quo dicere poſſet Beata Virgo
Luc. 2. filius doloris mei. Vnde Chriſtus filius Mariæ, quãuis ſit vnigenitus, etiã dicitur primogenitus. *Et peperit filiũ ſuũ primogenitum.* Affirmãt hoc Apoſto-
Ad Rom. 8. li Paulus, & Ioannes. Paulus. *Primogenitus mortuorum.* Ioan-
Apoc. c. 1. nes. *Primogenitus in multis fratribus.* Itaque Chriſtus primogenitus dicitur, quamuis ſit Vnigenitus. Ratio principalis eſt iſta: nam in ſacra ſcriptura;
Exod. c. 13. Exodi tertio decimo. Primogenitus dicitur primus partus, etiam ſi ſecundus non ſequatur. Modo legite citatum locum Exodi, & inuenietis, quod quãdo Deus mandat, quod de primis partis, ei offeratur ſacrificium; Primogenita vocat; etiam ſi Mater, alios non pariat filios. Exodus. *Sacrifica mihi, omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Iſrael, tam de hominibus, quam de iumentis.* Et Diuus Thomas Angelicus tertia parte, quæſtione vigeſima octaua, articulo tertio ad quartum argumentum, magis perſpicuè hoc explicat dicens. *Diuinarum ſcripturarum eſt, vt primogenitum*
D. Th. 3. p. q. 28. ar. 3. ad 4. *vocent, non ſolum eum, quem fratres ſequuntur, ſed eum, qui primus natus ſit; alioquin ſi non eſt primogenitus, niſi quem ſequuntur fratres, tandiu ſecundum legem primogenita, non debentur, quandiu, & alia fuerint procreata, quod patet eſſe falſum, cum infra vnum menſem primogenita redimi mandentur ſecundum legem.* Sed ò gloria, ò elogium

Diuini Hyacinthi: (audite peregrinum amorem) potius Maria contenta eſt, nomen filij tribuere Hyacintho. *Gaude fili Hyacinthe,* Quam ſuam manifeſtare immaculatam Virginitatem. Probatio huius cogitati habetur à Spiritu Sancto, qui adhuc finem Protulit terminum iſtum (Primogenitum) & voluit, vt dicatur, quod Chriſtus, multos habuit fratres; Roma- Ad Rom.
norum 8. *Primogenitus in multis fratribus.* c. 8.
Et qui ſunt iſti fratres? Ecce, Hyacinthus, cui Mater Maria inquit. *Gaude fili Hyacinthe.* Hæretici.
Sed miror, quia Ebioniti, ac Cherinti hæretici, occaſionem ſumunt dicendi, quod Maria non ſit Virgo, dum plures habet filios; & ecce Mariæ integritas, cum hoc termino (Primogenitus) in dubium poſita, nihilominus, eſt ita immenſus Mariæ amor erga Glorioſum Hyacinthum, quod quaſi magis ei vrgebat, quod Hyacinthus, ſuus ſit cogitus filius, quam promulgata ſua propria Virginitas; ò mirabilis Mariæ Amor, ò Hyacinthi magnitudo. *Gaude fili Hyacinthe.*

Maximopere ampliat Vgo de Sancto Victore, amorem aliquorum Piſcium in filios, & ſpe- Vgo de S.
ciatim Cæti, & Dalphyni, qui Vict. lib. 3.
proſpicientes, turbulenti ma- de Beſtijs c.
ris, aut piſcatoris pericula, ſuos 55.
filios intra proprium os recipiunt, & in materno ventre includunt; ſicq; eos à morte eripiunt. Vnde cum Apoſtolo dicere poſſunt. *Filioli mei, quos* Ad Gal. c.
iterum parturio. Exprobratur, 4.
cum iſto ſingulari Piſcium amore, in medio aquarum flagrante; aliquarum diſſimulatus amor matrum; quæ per rabbioſam famam, proprios pro ea-

 rum

rum nutrimento occiderunt filios. Audite Prophetam. *Manus mulierum coxerunt filios ſuos,*
Tren.c.4. *& facti ſunt cibus earum.*

Sed cędat, cędat, omnis amor, amori Virginis Matris erga ſuũ Hyacinthum, qui vt dilectus Filius, in ſuo pectore recubuit, & proprijs brachijs ſummo amplexabat amore: Quis poſſet illius præclaræ dulcedinis, ſeù ignis diuini, vnam minimam deguſtare ſcintillam, ſicut attingebat Hyacinthus, videns ſe filium Mariæ declaratum? *Gaude fili Hyacinthe.* Quis poſſet exprimere verba, geſtus, oculorum aſpectus, ac linguarum motus, horum amantium? Exequebatur in hoc, Diuinus Hyacinthus, illud, quod Eccleſiaſtici, ſeptimo, filijs præcipitur. *Honora Patrem tuum, & gemitus*
Eccleſ.c.7. *Matris tuæ nè obliuiſcaris, memento, quoniam, niſi per illos natus non fuiſſes & retribue illis, quomodo, & illi tibi.* Et certè, ita alacriter hæc omnia egregius Hyacinthus adimplebat, quod quaſi in eo ſolum gratitudo, erga tam excelſam matrem fulgere videbatur. Idcircò omnes Beatæ Virginis vigilias, in pane, & aqua ieiunabat. Eccleſia. *Beatus Hyacinthus, totas noctes in templo fundendis ad*
Eccleſia. *Deum precibus inſomnis per ſæpè conſumebat, & ſi quando inedia, ac ſopore feſſis membris ſomnum capere cogebatur, aut ſtans lapidi tantum altaris innixus, aut humi proſtratus quieſcebat. Mira etiam in victu continentia; omnes ſextas ferias, Vigilias etiam, Beatæ Mariæ, & Apoſtolorum, ſolo pane, & aqua ieiunabat.*

Amplius, legitur in reuelationibus Sanctæ Brigidæ, quod Ciues Ciuitatis Nazaret, quando Chriſtus erat puer, & ſuo Patri putatiuo Ioſeph ſuffragabatur; ad inuicem inuitari ſolebant, ad gaudendum in officina Sancti Fabri, de cæleſti puero, qui omnes eum aſpicientes inextimabili replebat gloria, dicentes. *Eamus ad intuendum Filium Mariæ, vt hilares reddamus.* Erat enim Chriſtus, tam ſuauis, ac iucundus, quod omnes voluntates, & corda ad ſe trahebat Immò in illis puerilibus artificijs, ita dexter ſe oſtẽdebat, quod omnes remanebãt ancipites, & obſtupefacti, quapropter dicebant *Eamus ad intuendum Filium Mariæ, vt hilares reddamus.*

Sed quid mirum, ſi hoc dicebant, dum Chriſtum videbant cum ſigno Dei viuentis. Et quod ſignum erat illud? Non aliud ait Vgo, niſi miraculorum patratio. Vgo. *Hæc eſt miraculorum operatio, qua erat ſignum, quod æqualem habebat potentiam cum Patre.* Hoc quippè Vgo. ſignum erat, quod Chriſtus nõ erat purus homo, ſed Deus, & homo. Hoc inter humanas miſerias, cum mundo, omnipotentem, ſicut eſt Pater, oſtendebat. Hoc inter deſpicientias, quas à peccatoribus tolerabat, ſuperiorem ſæculi, & naturæ manifeſtabat. Vnde dicebat Diuus Maximus. *Quatenus inuiſibilis eius diuinitas, quę latebat* D.Max.homil.1. de *in homine, & in opere non lateret.* Epiphan. Et fuit ita magnum, miraculorum ſignum hoc, quod hæbreos cogere debebat, ſi omninò ad credendum, inſenſati, & ſtulti non fuiſſent. Theophilatus. *Virtus ſignorum, magnam afferebat* Theoph. in *neceſſitatem, vt omnes ferrentur* Luc. 24.

ad

ad fidem Christi.

Sed cædat, vt dixi, omnis alius à Cælo gratioſus, inclyto Hyacintho, qui tanquam filius æmulator, in Virginis filiatione, ſuorum mentes deuotorum, allicit; ad videndum ſuæ excelſæ gloriæ ſublime donum. Donum ita excelſum, & præclarum, quod liberè, cum Nazarenis dicere poſſunt: *Eamus ad intuendum Filium Mariæ, vt hilares reddamus*; Et quale gaudium erit hoc, niſi illud, quod omnes eius præces interueniente Maria, exaudirentur: idcircò Glorioſus Hyacinthus ſuis præcibus tot innumerabilia patrauit miracula. Ergo ſi Chriſtus per miracula, ſe Deum viuentem oſtendebat, vt inquit Vgo; facite, his ſuppoſitis (ò Docti) conſequentiam, quod operando egregius Hyacinthus tot innumerabilia miracula tanquam filius æmulator, quaſi alius Chriſtus in terra euaſus erat. Sigillat Eccleſia hoc cogitatum, in oratione dicens. *Deus, qui Beatum Hyacinthum* Eccleſ. *confeſſorem tuum, in diuerſis nationum populis, operum ſanctitate, & miraculorum gloria feciſti conſpicuum*. Itaque illuſtrem in miraculis fecit Deus Hyacinthum, vt ſuis præcibus nos lumine diuinæ gratiæ illuminaret.

Neque hic finiunt, Diuini Hyacinthi, celeſtes prærogatiuæ, quia volens cæleſtis ſponſus, Virginis laudare manus, inquit; *Manus illius tornatiles* Cant. 8. *aureæ plena Hyacinthis*. Certè ad explicandum Magni Hyacinthi gloriam, ſunt nimis pulchra Nicef. lib. 2. c. 12. hæc ſponſi verba. Manus enim Mariæ, ſicut ſcripſit Nicephorus, erant albæ, & lunghę. Vnde tanquam manus cæleſtis Imperatricis, poſſumus eis dictum Eccleſiaſtici adſcribere, nimirū. *Non ſit porrecta manus tua, ad* Eccleſ. c. 4. *accipiendum, & ad dandum collecta*. Quia realiter maior gloria eſt dare, quam recipere: ideo Regina mundi, paruum in recipiendo habet brachium, quamuis donandi cauſa, ſatis magnum habet illud, & vult dicere; ſi amore mei vnum dabitis; vobis reddā centuplum. Talis ſe præbuit, quando Benedicto Filio, prætioſa Sancti Magi munera obtulerunt; quæ illicò pauperibus diſtribuit. Hæ ſunt cæleſtis Virginis manus proprietates. *Manus eius tornatiles aureæ plenæ Hyacinthis.*

Grægorius Niſſenus, ad meū perpendit propoſitum, id quod ſculptores in ſmeragdo efficiūt: lapis iſte prætioſus per propriam qualitatem, non fugit vnire lumen, cum opaco; cæleſte cum terreo; prætioſum cum vili: tamen ipſi, ſuis ſcalpris, prætioſum ſeparant à vili, & adimunt lapidi, illud terreum, & obſcurum; & ſæpè effingunt, ſeù formant imaginem, ita luminoſam, quæ vix a mortalibus oculis videri poteſt; immò difficulter ab intellectu compræhenditur. Talis vtique eſt hominis conditio, duas continens partes; vnam cæleſtem, ratione imaginis diuinæ, aliam terream, ratione humanitatis. Sed ecce res mira; quod, quidquid immenſi in Maria contemplatur; fuit opus ſcalpri diuinæ omnipotentiæ, expellens, quidquid terrei in ea à natura humana fundebatur; ſolum relinquens nobiliſſimam formam

diuinam, formanſque non tantum manus, ſed totum Virgineum Corpus: *Sancta, & immaculata Virginitas*; Itaut inuiſibili ditata formoſitate, tota euaſit diuina; quam ſummus aſpiciens Architectus, hilari, ac iucunda voce canebat: *Manus eius tornatiles aurea plena Hyacinthis.* Legit Vatablus. [Vatablo.] *Annulus aureus habens incluſum Hiacinthum*; Et ſi ita incluſus in auri circulo Diuinus permanebat Hyacinthus, etiam ſua ſublimis gloria, mundi erat, oculis clauſa; quam hodie omnibus, Virgo Mater manifeſtat dicendo. *Gaude fili Hyacinthe*, Filius certè huius Virginei Cæli, Prædicatorum familiæ, dignus.

Verum Pagninus aliter vertit dicens. *Manus eius circuli, aut sfera aurea plena Hyacinthis*: Pulcherrima ſimilitudo cum sfera cæleſti, quæ quamuis dicuntur sferæ aureæ, eſt fraſis ſacræ ſcripturæ, res ſumma extimatione, vocat e aureas. Sicut dicitur filius aureus, ad eius bonitatem ſanctitatem, magnumque valorem annuendum. Ita in Trenis inquit Hieremia. [Hierem. in Tren. 14.] *Filij Syon inclyti & amicti auro primo.* Hæbreus legit. [Hæbr.] *Appenſi in auro*: Ideſt ſi in ſtateris collocati erant filij Syon, nullum proportionatum inueniebant æquilibrium, niſi aurum, & non commune aurum, ſed primum aurum, ſcilicet puriſſimum, & pretioſius. Tales ſunt Virginis Matris manus, nimirum circuli, & sferæ aureæ. Vnde non eſt tam formoſa octaua sfera, tota ſyderum luminoſa quanto erant Reginæ Celorum manus, anulis coronatæ, & Hyacinthis ornatæ. Itaque videns Maria Mater, ſuas manus Hyacinthis plenas; præclaram in eis, ſui Hyacinthi bonitatem conſiderabat. Eas, eximia proſpiciebat ſpecioſitate fimbriatas; & Hyacinthum miris donis, ac gratijs condecoratum contemplabat. Antiquitus ſolebāt filij in anulo, ſerre Patris imaginem; ita Maria Mater, in Diuo Hyacintho, ſui dilecti Ieſu, ſculpſit imaginem, ideo dicit. *Gaude fili Hyacinthe, qui magnis ſignis coruſcaſti, vt lumen Eccleſiæ.* [In ſeq. Miſſ.]

Et non ſolum Beata Virgo voluit, qnod manus eius ſint plenæ Hyacinthis, ſed etiam eius prætioſum Velum, quo velari debebat. Figura huius fuit velum illud, cuius formoſam teſſituram præcepit Deus Moyſi. Exodi vigeſimo ſexto. [Exod. 26.] *Facies velum ex auro, Hyacintho, purpura, biſſo ritorto, pulcha varietate contextum, intra quod pones, & arcam.* O mirabilis figura miſterioſi veli, quo ſapientia æterna, Arcam operuit viuam, nempè Mariam. Ambroſius in pſalmo octuageſimo. *Quid per Arcam, niſi Sanctam Mariam dixerimus,* [Amb. in pſ. 8.] *ſiquidem Arca portabat teſtamenti tabulas; Maria teſtamenti geſtabat heredem, Arca intus, foriſque nitore radiabat; Maria intus foriſque Virginitatis ſplendore fulgebat, illa Dei vocem; hæc verbum.* Dixi mirabilis figura; quia velum illud fuit contextum, ex auro, & Hyacintho; qui cæruleum habet colorem, vt ait inſignis ille Poeta Tarquinius.

[Tarquinio Taſſo.]

Qual fù'l maeſtro à tanta opra conforme
Qual man di queſto fior le foglie pinſe

Et

Et glì aſperſe l'odor, la gratia è'l riſo?
Diuina certo; però ſembra il Giacinto
L'aria, e l'Ameiſte.
Come di Roſa, e di Viola è miſto.

Cæruleum habere colorem, nihil aliud ſignificabat, quam Glorioſum Hyacinthũ, in moribus, in proprietatibus, in virtutibus, hominẽ eſſe cæleſtẽ, & videbatur eſſe magis illius Patriæ, quã iſtius. Eccleſia. *O Hyacinthe,*
In Seq. Miſſ. *tu coruſcus lumine, & Beato Flamine, afflatus per patriam.* Et Alibi. *Beatus Hyacinthus in extaſim raptus, immobilis, omninò ſubſiſteret.* Dicamus ergo ò prætioſe Hyacinthe, ò matutina ſtella, huius Dominicani Cæli Virginei.

Immò mementote, quod accidit Fauorino Philoſopho, qui nobilem viſitando mulierem, & inueniens filium peperiſſe Vnigenitum, gauiſus eſt valde, poſteaque audiens, quod extera Nutrix, puerum lactare debebat, dixit. *Oro te mulier ſine eam totam, & integram eſſe Matrem fil ÿ ſui* Ex hac ſententia en denuo in memoriam reuocatus antiquus ille fletus duarum
3. Reg. c. 3. mulierum, quæ coram Rege Salamone contendentes de filio, qualis earum eſſet vera mater. An quæ generauit, an quæ lactauit. Sententia, quæ tunc iniuſta fuit in ore fictæ matris. Fuiſſet iuſtè à nutrice pronunciata. *(Nec mihi, nec tibi, ſed diuidatur)* dum inter eas diuiſus erat affectus, atque amor. O illuſtre Hyacinthe in te non habent locum lites iſtæ per differentiam, quæ reperitur inter matrem, quæ te peperit, & Mariam, quæ te filium declarauit. *Gaude fili Hyacinthe;* nam naturalis libenter cædit Dei Matri.

Vnde quis modo ſufficienter poterit hoc tuum ſingulare celebrare priuilegium? Quis inter filios Euæ tecum competet? Certè ſi omnes alij cum patiente Iob aiunt. *Pereat dies in qua natus ſum.* Tu potes lachrymas, Iob 3.
& luctum, in cantũ, & iubilationem commutare. *Benedicta dies in qua natus ſum.* Quamobrem talem acquiſiuit Magnus Hyacinthus, cum Saluatore Ieſù, ſimilitudinem, quod, quaſi ſuus videbatur frater. Ideo ſi de Chriſto ait ſponſa. *Dilectus meus candidus.* De Hyacintho Eccleſia. *Caſtitate dealbatus.* Si de Chriſto, *Rubicundus.* De Hyacintho, *Charitate vulneratus.* Si de Chriſto, *Electus ex millibus.* De Hyacintho, *In gloria ſublimatus.* Concludamus igitur, *ò Hyacinthe. Tu coruſcus lumine, & Beato Flamine afflatus per patriam.*

Et realiter Cæcus eſſet, qui videns encomia huius luminis Eccleſiæ Hyacinthi, non obſtupeſcet? qualis Arcus cæleſtis, varijs virtutum coloribus ornatus, in aliquo apparuit tempore, inter alios ſanctos, qui poſſet, quaſi infinitus Hyacinthi meritis comparari? quale vas aureum vnquam inuentum eſt, quod poſſet cum Hyacinthi opibus competere? Et qualis prætioſus lapis, ſuis ſingularibus proprietatibus obſiſtere poterit? Fulgebat in eo lapis Onychipuncta, coloris niuei, rutilis punctis ſtellata, per ſuam puritatem, ita cæleſtem, quod meri-

merito, vt Filius Virginis dice-
D. Paul. re poterat. *Noſtra conuerſatio in*
Cœlis eſt. Splendebant in eo
Ex Plin.lib. 37. Chryſolitus, & Topacius colo-
ris aurei, per ſuum erga Deum,
& proximum, nimium amorem.
Relucebat etiam Onyx, varij
coloris, ſimul lac Mariæ, amo-
remq; Ieſu vniendo, per quem
fiducialiter, ſuum pa'cebat Po-
pulum. Fulgurabat ſardonix,
coloris vini, quod in extaſim
cum rapiebat, ſuam Mariæ fi-
liationem adoptiuam contem-
plando. Reſplendebat Smerag-
dus, qui in omni loco, & tem-
pore Chriſti Crucifixi imagi-
nem, atque flagella exhibebat,
itaut vnquam neque à Solis lu-
ce, neque à tenebris noctis fuit
ei impeditus dicere. *Prouide-*
Pſ. 158. *bam Dominum in conſpectu meo*
ſemper. Refulgebat Carbuncu-
Rom. 8. lus zæli, per quem. *Neque tri-*
bulatio, neque anguſtia, neque fa-
mes, neque perſecutio, neque nudi-
tas, neque gladium. Ab eo, vn-
quam contra Satanæ inſidias,
fortitudinis gemmam dempſe-
runt. Sed effectus prætioſi lapi-
dis Hyacinthi, vbi reperiuntur?
Dicite in inclyto Hycinrho, nā
Hyacinthus, vt adoptiuus Ma-
riæ Filius exornauit Virginis
anulos. Ornamenta fuerunt,
profunda humilitas, illibata
Virginitas, ſumma animi puri-
ritas, inextimabilis cordis in-
nocentia, mirabilis corporis
modeſtia, inexplicabilis virtu-
tum copioſitas, quem Beati Spi-
ritus aſpicientes, magnopere
admirati ſunt. Eccleſia. *Beatus*
Hyacinthus nibil demiſſius, nibil
Eccleſia. *modeſties, Virginitatem perpetuò*
ſoluit, Modeſtiam, caterasque
virtutes, vt certum religioſa vita
patrimonium adamauit. Vita in-
nocentia, & Verbi Dei prædica-
tione, cunctos in ſui admirationem
rapiens.

Verum ad conſeruandas
Glorioſus Hyacinthus, has e-
ximias virtutes ſine maculis,
contra Diaboli tentationes,
multum laborauit. Dixit Magnus
Baſilius. *Quod noua bella elegit* Basil.
Dominus. Quænā ſunt iſta noua
bella? Legitur de militibus Athe-
nienſibus (quamuis hyperbo-
licè) quod immortalitatis ti-
tulo gaudebant; idcirco pu-
gnando contra Perſarum Re-
ges, in crudeli conflictu mari-
tonę oſtenderunt fortitudinem,
nunquam vſque modo intelle-
ctam, quia confictì non moue-
bantur, carentes viſu, non ca-
rebant lumine ferendi, perſe-
quutis quaſi lapidiæ ſtatuæ ap-
paruerunt.

Sed cædant immortalibus
Paradiſi militibus, qui in caſtris
abſque alijs armis introducti,
ſolum cæleſtibus laqueis, ini-
micum ferunt, occidunt, & an-
nichilant. Dixi, cæleſtibus la-
queis vtuntur ad inimicum, tam
viſibilem, quam inuiſibilem
conterendum. Sed vbi ſunt hi
cæleſtes laquei? Lege Eccleſia-
ſticum, & remedium inuenies,
videlicet. *Vincula eius alligatura* Eccl. 6.
ſalutaris. Vatablus. *Vincula illius*
fila Hyacinthina. Vis quemcun- Vatablus.
que inimicum ferire, vis eos
occidere, accipe fila Hyacinthi-
na; quæ ſunt cæleſtes laquei,
ideſt confuge ad cæleſtem Hya-
cinthum, qui vt verè vinculum
amoris Dei, & proximi. vix ad
pugnandum exhibis, quod ſta-
tim dicetur tibi; *Exiſti, vincens,*
vt vinceres. Eriſque taliter vi-
ctor, quod perſequtus non fu-
gies, flagellatus non cedes,
trau-

tranſfixus non terret. O prætioſi laquei; ò fila Hyacinthina per quæ hilarè immortales milites, nimirum diuini Hyacinthi, ſerui, in prælio ingrediuntur, & ſua deuotione, atque protectione armati, illicò egrediuntur victores. *Quia per eum mortui ſuſcitati, hydropici curati, varyſque morbis afflicti priſtinæ ſanitati reſtituti*: Cõcludit eadẽ Eccle-
Eccleſia. ſia *Hyacinthus, tanquam ardens lucerna cæteros, clariſſimo, virtutum ſuarum lumine, colluſtrauit.* O Hyacinthe, ò inclyta gemma, ò cæleſtis palatij prætioſæ lapis.

Et quia non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit; coronari ergo debet, non communi
Iacob. c.1. aureola, poſt longum conflictum Beatus Hyacinthus, ſed ſpeciali, & ſingulari, nam ſingularis eius pugna fuit. Immò qualis lapis lydius maior excogitari poteſt ad intuendum Chriſti, & Mariæ filios, quantum contemplare hãc cæleſtem gemmam Hyacinthinam? *Beatus, qui ſuffert, quoniam cum probatus fuerit.* En lydius lapis, ſed cuius ſit probatio? Dico Amatorum Dei, & Mariæ, nam iſti coronantur in Paradiſo. *Accipient coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* Et quia inter omnes, Hyacinthus, eum multum dilexit, ideo fuit magis dilectus, & Virginis filius declaratus, ac per conſequens particulari Aureola coronatus. In qua coronatione, dulcia cantauit cantica ſuæ Matri Mariæ Beatus Hyacinthus. Modo de plenitudine Gratiæ cum melli-
fluo Bernardo. *Si quid ſpei, ſi quid* Bernard.
gratiæ ab ea nouerimus redundare. Modo de miſericordia erga peccatores cum Bonauentura,
O perditi peccatores currite ad in- Bonauen.
dulgentiæ portum. Modo de liberatione à poteſtate Satanæ cum Dauid. *O Domine ego ſeruus tuus*
ſum, & filius Ancillæ tuæ, tibi ſa- Pſal. 85.
crificabo hoſtiam laudis. Ideſt filius illius ſum, quæ cum ab æterno fuit Mater, Ancillam vocari voluit. Et ego Hyacinthus filius Ancillæ tuæ. Et repetens Maria Mater præcinit. *Gaude fili Hyacinthe.* Perſius.

Perſio Canto 8.

Colui, ch'in ſaſſo, e nel terren polono
Nacque, Giacinto, & à Maria ſi caro
Fù ancor, che di ſue gratie immenſo dono
Gli fecc, & ei di lor moſtronne il raro.

Certè videbatur ſingulare priuilegium Apoſtoli, & Euangeliſtæ Ioannis, vocari, filij Vir-
Ioan. 19. ginis Matris nomine. *Mulier ecce filius tuus.* Sed fortaſſis parum ei cædit Glorioſus Hyacinthus. Quia ſi Ioannes fuit declaratus Filius Mariæ, dum Chriſtus in Cruce pendebat, Hyacinthus à Virgine Matre idem nomen obtinuit. Si Ioannes fuit partus paſſionis, itaut miſtica Rachel, ei nomen impoſuit Benoni, ideſt filius doloris mei. Hyacinthus fuit partus gloriæ, quem vera Rachel appellauit Beniamin, ideſt filius dexteræ. Si Ioannes fuit filius

lius nomine, & affectu. *Mulier ecce filius tuus.* Hyacinthus quoque nomine, & affectu filius. *Gaude fili Hyacinthe.* Si Ioannes gloriatur officio ſeruitutis. Hyacinthus beneficio virtutis. Si Ioannes fuit conceſſus Virgini, in ſolatium filij ammiſſi. Hyacinthus fuit electus à Virgine, quia puritate candidatus. *Dilectus meus candidus, manus eius tornatiles aurea plena Hyacinthis.* Si Ioannes fuit datus Mariæ pro filio in terra. Hyacinthus pro filio in terra, & in Cælis. D. Th. in p. Epiſt. ad Galat. En Diuus Thomas Angelicus in prima Epiſtola ad Galatas in illa quæſtione de loco dexteræ, & ſiniſtræ Apoſtolorum Petri, & Pauli dicit, quod ſi Paulus ſæpè reperitur in dextera Petri, euenit per excellentiam electionis ipſius, quia non fuit à Chriſto vocatus ad dignitatem Apoſtolatus, dum pauper, & mendicus viuebat, ſed quando impaſſibilis, & glorioſus in Cælo regnabat. Quare ſi hoc verum eſt, quis negare poterit, quod vbi Hyacinthus fuit à Virgine Matre declaratus per filium, dū cum ſumma gloria, dexteræ filij in Paradiſo ſedebat, non præcellat Ioannis electionem, iuxta Crucem? O celſitudo, ò ſublimitas Diuini Hyacinthi.

Sed qnid dicit Maria? (audite) Ego non accepto pro filio meo, qui filij mei inimicus eſt, ſed amo, amantem ipſum; ac etiam eum, qui meæ deuotionis lacte nutritur, vt verificetur in eo, ſicut Mater, ita, & filius eius. Sed reſpice parumper inclytum Hyacinthum, & ſuos medita mores; ſuam ſublimem conſidera ſanctitatem, ſuas mirificas contempla virtutes, per quas à me declaratus eſt filius meus; ergo quomodo audes meus vocari deuotus, ſi es mei Hyacinthi indeuotus? Si verè nūc promittis filij mei Hyacinthi eſſe deuotū, dico, quod te recipiā pro filio meo, habebiſque veniam, atque gratiam *Ideo filioli mei ſancti eſtote*; Sicut, & Hyacinthus Sanctus eſt.

Et tu glorioſe Pater, & eximie Hyacinthe, ſi tot ſingularibus honoribus à Virgine Matre es decoratus, funde de cæleſtibus ſedibus, quid quo fulges luminis; te magnis precibus inuocamus, vt tuis meritis nos tuearis, noſque facias congaudere, ſempiternis gaudijs. Amen.

HIEROGLYPHICVS GLORIOSI PATRIS DIVI RAYMVNDI

SACRI ORDINIS Prædicatorum.

CÆLVM VIRGINEVM.

Eccleſia. *RAYMVNDVS CÆLESTEM VIRGINITATEM, ADEO FIDELITER COLVIT, VT EAMVSQVE AD EXTREMVM VITÆ DIEM INTEGERRIMAM SERVAVERIT.*

ARGVMENTVM.

RADIVS, SEV LVX MVNDI.

QVOD effectus radij ſolaris (auditores). ſint ſtellas illuminare, Tenebras fugare, Planetas moderare, Elementa temperare, Plantas germinare, Flores colorare, Flumina argento oblinire, Gemmas præualere, Fructus matureſcere, Vniuerſumque Orbem viueſcere, non negabitis. Quia cum eſſet hoc luminare maius Prorex Dei in

Regnum naturæ, Princeps ſe-
cundarum cauſarum, Dux Re-
publicæ ſtellatę; Imperator pla-
netarum, Nuncius diei, Dexter
oculus Cæli; Cor cæleſtium
ſferarum, Anima Orbis vniuer-
ſi, Theſaurum lucis, & flagel-
lum tenebrarum. Suis radijs
nubes pungit, tenebras ferit,
flagellat noctes, dilacerat ob-
ſcuritates, conſumit nebulas,
& iaculatur putridos humo-
res. Comparet hodie in hoc
Eccleſiæ Cælo luminare maius,
formoſis gratiæ radijs ornatum:
dico Magnus Pater Diuus Ray-
mundus, lumen Eccleſiæ, ſplen-
dor ſanctitatis, radius doctri-
næ, fulgur prædicationis, lux
ſui Ordinis, oraculum Princi-
pum, patrator miraculorum, &
Apoſtolus Hyſpaniæ. Ipſe ſuis
diuinis radijs cæleſtium dono-
rum; tanquam fax accenſa il-
luminat animam, clarificat ſpi-
ritum, excitat cor, & expellit
noſtræ miſeriæ merentem no-
ctem. Suo, ſublimis ſanctitatis
lumine Raymundus, varios di-
uerſarum gratiarum radios, om-
nibus diſtribuit; nam alijs pa-
tientiam obtinet; alijs caſtita-
tem, alijs charitatem, alijs hu-
militatem, alijs conſolationem,
alijs ſanitatem. Suis protectio-
nis radijs Raymundus recreat
ſpem, roborat gratiam, calefa-
cit voluntatem, repubeſcit cor,
renouat ſpiritum, conſolidat
fidem, incendit amorem, auget
conſolationes, condupplicat
fauores, illuſtrat honores, in-
undat dulcedines, & irrigat iu-
cunditates. Signate verba, quæ
in ipſius vita leguntur. *Raymun-*
dus noctè ſacris incumbens litteris,
Eccleſia in *cōtēplabatur vigil in ſtudio: mane*
ſeq. Miſſæ. *pulchri adinſtar ſyderis, miro lucet*
doctrina radio, morbos, omnis veſpe
re generis, ſalutari pellēs remedio.

Coruſcabat per ſuas mirifi-
cas virtutes cæleſtis Raymun-
dus, inſtar matutini ſyderis in
quo adimpletum videtur, quid-
quid in Apocalypſi promiſit
Deus, ſcilicet. *Qui vicerit, da-*
bo illi ſtellam matutinam. Cui, in- Apoc. c. 2.
ter omnes Adæ filios; Vincen-
tis titulum vendicari poteſt, ſi-
cut Raymundo, dum inſtar ra-
dij, aut fulguris, motu inſten-
taneo, ſuam purgando vitam
mundum illuminauit. Velut ra-
dius, ſua illuſtri doctrina, igno-
rantiæ tenebras expulit. Eccle-
ſia. *Raymundus, magno integrita-*
tis, ac doctrinæ ſplendore, morum- Eccleſia.
que ſuauitate fulſit. Poterat ergo
dicere Deus; *Dabo illi, ideſt*
mundo, ſtellam matutinam; Et
quænā eſt iſta ſtella, ita lumino-
ſa, & fulgens, niſi Raymundus?
Qui tanquam diuinus radius,
omnes animi ægritudines eli-
minat, omnes lachrymarum
pluuias aufert, & letum, ac fe-
ſtiuum totum reliquit mundum,
idcircò appellatur Raymun-
dus. Cantica octauo. *Pulcher*
ſponſus letificans totam terram. Cant. 8.
Aut cum Eccleſiaſtico quadra-
geſimó tertio. *Species Cœli, glo-*
ria ſtellarum, mundum illuminans. Eccleſ. c. 43.
Aut cū Dominicana Eccleſia. *En*
præſentis lux diei celebris in ſerui Eccleſia.
Dei agitur memoria. Recipit Cę-
leſte lumē, Radius, & liberalis
alteri cōmunicat. Recipit Ray-
mūdus diuinū lumen, & excelſo
animo diſtribuit mūdo. Eccleſia.
Qualis quātus ſit Raymūdus, qui- Eccleſia.
bus donis ſit fecundus, Cælum ter-
ra, Maria. Aut cum Apoſtolo
dicamus. Nos vero omnes reuela- 2. ad Cor.
ta facie gloriam Domini ſpeculan- c. 3.
tes, in eandem imaginem transfor-
ma-

mamur à claritate in claritatem.

Sed quantum Salomon dixit de omnibus iuſtis, tantum digniori titulo ſpeciatim de Raymundo dicere poſſumus. Prouerbiorum quarto. *Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit, vſque ad perfectam diem.* Volens annuere, quemadmodum exeunt in principio apparentis Aurore, aliqui luminis radij, poſtea paulatim creſcunt, & orto Sole, maiores euadunt, & quanto magis iſte aſcendit, tanto plus lux augetur, itaut vi ſua, omnis exturbatur vmbra: Ita Raymundus, radius mundi, qui inter noſtras peccatorum tenebras apparēs, velut cæleſtis radius ſemper augens, & tanto præcelluit, quod eliminata omni imperfectionis vmbra, talis in Cælo reſplendet. Eccleſia. *At vir Dei Raymundus, omnem mundi gloriam calcans, ad ſublimius vitæ genus aſpirabat, ideo ad virtutem, ac pietatē in dies magis augebatur.*

Prou. c. 4.

Eccleſia.

Et ſi liquido intueri volumus ſublimem gradum, immenſamque perfectionem, quam lux iſte Raymandus acquiſiuit, motu circiter centum annorum, quod vixit, forſitan propter ſuperuacaneum lumen ſuum; nō ſolum oculos mentis obumbrabit, ſed ſummum quoque dilectum, animæ apportabit. Modo mecum mentem erigite. Primus Angelus ad primum gradum perfectionis aſcendit, cum vno ſolo actu fidei, ſpei, & charitatis; ſi ità potuit, in breui illo interualli ſpatio, omnes exercere, ſed Raymundus, gradum cæleſtis gratiæ, quaſi multò maiorem habuit, nam in toto ſuæ vitæ curſu, non duobus, vel tribus, ſed innumerabilibus virtutum actibus fulſit. Amplius de quo ſancto legitur ſ Quadraginta ſuſcitaſſe mortuos? de Raymundo. O Diuinæ laus, ò dignitas huius Dominicani Cæli Virginei; igitur dicere poſſumus, quod taliter in altum aſcendit ſuæ gratiæ plenitudo, quod Diuini, videtur nomine frui. En Romanum martorologium. *Raymundus quadraginta mortuos ſuſcitaſſe memoratur.* O decus, ò gloria huius Cæli Virginei.

Rom. mart.

Affirmant Theologi, quod actus charitatis augentur ab habitu. Et quia Diuus Thomas Angelicus, prima ſecundæ quæſtione centeſima quarta decima docet, quod requiritur conditio, nempè quod ſint magis intenſi, quam habitus, aut ſaltem æquales: hoc liberè ſupponitur in Raymundo, nam omnes eius actus tales erant. Supponatur quoque illud, quod inter mercatores vti ſolet. Vnus, alteri mutuatur mille aureos, qui recipit, obligatur prima die, vnum ei tribuere Iulium, ſecunda die duos, tertia die quatuor, quarta die octo; ſexdecim quinta die, & ſic multiplicando, in fine vnius, vel duorum annorum ſuperabit quemlibet numerum. Ita Raymundus, qui ex tota virtute gratiæ, & motionis diuinæ operabatur; quapropter canit Eccleſia in ſequentia Miſſæ. *Omne genus egretorum; turba omnis egenorum perſentit præſidium.* Conſequenter operabatur non ſolum actibus æqualibus, immò maiori virtute quam habitus. Itaque ſi habitus primæ gratiæ compræhendit centum gradus, auxit cum primo actu, in bis

D. Th. 1. 2. q. 114.

Eccleſ.

Q 2 cen-

centum, ſecundo actu in quadranginti, tertio actu octogenti, & augendo cum hac lege, non per menſem, ſed per centum annos, nunquam actus diuini amoris intermittendo, tantum auxit eius gratia, quod dicere poſſumus, id quod de populo hæbreo dictum eſt. *Numerari non poteſt pręmultitudine*; Quia ſicut in eius vita legitur. *Beatus Raymundus in pueritia, Religionis Chriſtianæ rudimentis imbutus; eximia iam tum corporis, & animæ indole ad virtutem, & pietatem, in dies magis augebatur, tandem plenus virtutibus propè centenarium obdormiuit in Domino.*

In Vita.

Sed pro maiori laude inclyti Raymundi, hanc propono propoſitionem, quæ ſi dici poteſt, bene, ſi non eiciatur foras; dico, quod quaſi maiora prodigia operatus eſt Raymundus, quam ipſe Chriſtus. Et probatur authoritate Euangeliſtæ Ioannis, capitulo quarto decimo, vbi inquit. *Opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.* Notate hæc vltima verba, nempè, *Et maiora faciet.* Vult dicere, quod ſeruus Dei operabitur maiora, immò excellentiora prodigia, quam Chriſtus. Sed ecce Diuus Pater Auguſtinus intuens periculum, in quo poteſt cadere Dei ſeruus ait. *Non ſe extollat ſeruus ſupra Dominum, nec diſcipulus, ſupra magiſtrum, nam ipſe dicit, ſine me nihil poteſtis facere.* Attamen ſi paululum volumus pro ſancti laude conceptum, perficere, dicam, quod opera, quæ Chriſtus fecit, maiora horum Raymundus faciet. Et ratio eſt in promptu. Chriſtus Deus noſter, quot mortuos ſuſcitauit? Legite totam ſacram ſcripturam, & non inueniretis pluſquã tres, nempè lazzarum, Viduæ filium, & Archiſinagogi filiam. Et Raymundus? *Quadraginta mortuos ſuſcitaſſe memoratur*; Ecce, ecce, quod maiora horum faciet. O excellentia radij mũdi, Raymundi. Eccleſia. *Raymundus bonis cunctis cumulatus, eſt ad ſuperos vocatus, operum pro merito.* Perſius.

D. Ioann. Euan. c. 14.

D. Aug.

Eccleſia.

Così mentre del Ciel le gratie miete
Raimondo, e'l Diuin frutto in ſe raccoglie
Corron le genti deſioſe, e liete
Per ſatollar le lor bramoſe voglie.

Horatio Perſio Rime facte.

E ogn'vn laſciando la natia parete
Frà folta turba i preſti paſſi ſcioglie,
Guſta il cibo Diuin, ſen torna, e lunge
Nuoua torma non è, che toſto giunge.

Ratione exagerationis hanc propoſui propoſitionem, videlicet, quod quaſi maiora miracula operatus eſt Raymundus, quam ipſe Chriſtus, cuius probatio fuit ſatis clara, nihilominus

nus, hanc aliam audite. Cupidus Saluator mundi, ſuper aquas maris, vbi ſui cari diſcipuli in iucunda detinebãtur piſcatione, ſuam oſtendere omnipotentiam: Quando ecce repentè viſus eſt proprijs pedibus ſuper illud liquidum elementum ambulare. *Ambulans Ieſus ſuper mare.* Quod vero accidit propè lictus maris, à ſacro textu habetur; nam ſtatim cognitus à Ioanne, qui dicendo *Dominus eſt*. Petrus audiendo, illum ſuum eſſe Redemptorem, piſces, & ſocios reliquit, *Tunica ſuccinſit ſe, & miſit ſe in mare.*

Ioan. c. 2.

Vnde ſi vobis placet, quod hic meus Glorioſus Pater Raymundus compareat, iterum repetam, quod opera, quæ Chriſtus fecit, maiora horum Raymundus faciet, quia deſideroſus etiam ipſe ambulare ſuper mare, carenſque Nauicula, ſuper maris vndas, ſuum expendit pallium, cuius extremitatem vinciens, ſeù ligans faſtigio baculi, quẽ in manu ferebat; officium Veli exercuit, & ſedens iuxta baculum, illicò incepit ſuauem efflare ventum, per quem breui temporis ſpatio à ripa abiuit. Cauſa, & origo huius egregij miraculi fuit quædam, cuiuſdam Potentatis obſtinata voluntas. Celius Magnus.

Dentro al vaſo mortal giacendo, ſotto.
I graui colpi, à ſtratio Eterno, acerbo.
Raimondo rimprouerando al Rè ſuperbo
Mentr'era il corpo ſuo libidinoſo, e rotto.

Celio Magno.

Sia pur'in polue il fral trito, e ridotto.
Che l'alma dal ſuo ſdegno, inuitta io ſerbo.
Furor contra virtute hà debil nerbo,
Tu per far onta, io per ſoffrir, prodotto.

Cada pur ſopra me l'immenſo peſo
Del mondo tutto, e franga le membra, e l'oſſa
Che non ſarò dal precipitio offeſo.

Così libero ſon, ſerua à tua poſſa,
E'l cener tuo, da ricca vrna compreſo
Porterà inuidia, à la mia nuda foſſa.

Nautæ vero, qui aderant, obſtupefacti, non minus, quam Chriſti Domini diſcipuli, cum nauiculis ex mandato Regis, ſanctum ſequendo, vt ad ipſum reuerteretur, non fuit poſſibile eum aſſequi, vnde in ſex horis centum ſexaginta milliaria cõfecit

fecit. Ecce, ecce, quod maiora horum Raymundus faciet. Eccleſia. *Innumera adhuc viuens patrauit miracula. Interque illud clariſſimum celebratur, quod ex inſula Baleari maiori, Barcinonem traiecit nullo nauigio, ſed pallio tantum ſuper aquas expanſo, reductaque eius hora inſtar veli ad baculum, quo tanquam malo vteretur, velut ſolitis tabulis vectus, centum ſexaginta milliaria ſex horis confecit cunctis circum littora ſtupentibus.* Perſius.

Eccleſia.

Horatio Perſio loco citato.

E Raimondo, di cui ſi ſparge il ſuono.
Ch'è del tempio di Dio forte riparo
Vi è più, quando nel mare al Rè ſi cela
Soura il mantel, ch'à ſe fà barca, e vela.

Sed cędat admiratio (auditores) ſi Diuinus Raymundus voluit, ſuo idemmet corpore vti pro nauigio ad nauigãdum? Dum illud perfectæ Nauis ſimilitudinem habebat. Videte non ſunt in corpore cartilagines vice tabularum? Oſſa nonne ferreis clauis corteſpondent? Pellis, quæ vſquequaque corpus munit, proportionem habet cum pice. Caput erit puppis; pedes prora, lumbus carina, manus remi, neruuli tenaciſſimæ funes, in ventre manet ſentina, cordi tribuitur officium claui, vulgo timonis. En pulmo, qui euoluitur non minus, quam velum; Demum in vmbilico repręſentatur gumina, cum qua prolis tutò perſeuerat in aluo ligata materno. Eſt igitur noſtrum corpus inſtar magni Nauigij, ideoque ſacræ paginæ inter alias, vitæ humanæ ſimilitudines, illam quoque ferunt, fluctuantis Nauis. *Tanquam Nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus.* Hæc eſt illa Nauis, de qua magnus ille Patrarca ait. Sapient. 8.

Petrarca.

Paſſa la Naue mia colma d'oblio
Per aſpro mare, à mezza notte il verno,
In frà Scilla, e Cariddi, & al goruerno
Siede il ſignor, anz'il nemico mio.

In naui vnquam inuenitur quies, ſed ſemper in labore; modo reficiendo antennam; modo reſarciendo vela; modo vitando ſcopulos; modo fugiendo piratas, ita ſimiliter à Naui corporis eximij Raymundi, erat in exilium proiecta omnis quies, quia vix lauream Doctoratus in vniuerſitate Bononienſi accepit, vbi ſua compleuit ſtudia, quod per charitatem, & ardentem amorem, qui in eo mirabilis operabatur effectus, publicè doctrinam à Deo ſibi communicatam, abſq;

vllo ſtipendio,& lucro docebat, ita in eius vita legitur. *Raymundus Bononiæ Pontificio ciuilique iuri incumbens, Doctoris laurea decoratus, poſteaque gratis ſacros canones publicè, magna cum hominum admiratione eſt interpretatus.* Sed fama ipſius ſcientiæ, ac doctrinæ in dies augendo, Epiſcopus Barcinonenſis in Hyſpaniam rediens, & per Bononiam tranſiens, magna cum inſtantia Raymundum quæſiuit, qui obediendo; ſuæ Eccleſiæ poſtea ab eo Canonicus factus eſt. Eccleſia. *Iam inde clara tanti viri fama per Italiam increbeſcente, à Berengario Barcinonenſi Epiſcopo in patriam reductus, Eccleſia canonicatu ornatur.* In eodem tempore aduenerunt in illa Ciuitate Fratres Ordinis Prædicatorum, qui mirabili exemplo, notabilem afferebant fructum, quorum vitæ perfectionem conſiderans Raymundus determinauit, in ipſa ingredi Religione. Eccleſia. *Verum ad ſublimius vitæ genus aſpirans, abdicatis honoribus, ſpretiſque mundi oblectamentis, quadrigeſimo quinto circiter ætatis anno, Ordinem Prædicatorum, ſollemni ritu, ſacro Religionis habitu ſuſcepto, Barcinone profeſſus eſt.* Sed parum in Hyſpania moratus, qui tanquam mundi radius per totum Orbem fulgebat. Romã vocatus à Papa Gregorio Nono, vbi velut fluctuans Nauis peruentus, fuit à Pontifice Cappellani, ac Pænitentiarij Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dignitate decoratus. Et quia in Eccleſiaſticis Tribunalibus non inueniebantur in vnum collecta Pontificum decreta, mandauit Raymundo Pontifex, quod omnia in compendium reſtringeret, in quo labore, antequam adhoc optatum, portentoſa Nauis Raymundi perueniſſet portum, quatuor conſumpſit annos. Eccleſia. *Romanorum Pontificum decreta in diuerſis conſilijs, & epiſtolis ſparſa, eiuſdem Pontificis iuſſu, in vnum decretalium volumen redegit.* Et ſi Nauibus datur ignis picis. Nauis corporis Raymundi fuit febris igne picata, ab illa hora, qua ſciuit, Summum Pontificem velle ſibi Archiepiſcopatum Terraconenſem conferre, quæ durauit, vſquedum Pontifex propter immenſas ſuas lachrymas, ab hoc onere liberauit. Eccleſia. *Archiepiſcopatum Terraconenſem ſibi ab Apoſtolica Sede oblatum, conſtantiſſimè recuſauit.* Nauis abſque Ductore gubernari, benè non poteſt, ideo Raymundus propter magnam in gubernatione ſui ipſius prudentiam, ab omnibus aſpectatus. Fratres ſui Ordinis per mortem Beati Iordani ſecundi Generalis, in eum ob egregias ſuas Virtutes deflagrantes; in Generalem, ſummo omnium gaudio elegerunt, & quãquam ipſe diù reluctans, ac egrè magiſtratum iniens, biennio poſt, ab eo officio, merentibus omnibus, ſpontè ſe abdicauit. Et ſi Nauis ſuper aquas ſemper eſt in motu, ita Nauicula corporis Raymundi, nunquam habuit quietem, ſed ſemper in motu prædicando, & in procuranda proximi ſalute, ita in ſequentia Miſſæ. *Raymundus, nomen Chriſti venerandum, cunctis proponis amandum ſignis, & virtutibus.* Perſius.

Margin notes: In eius vita. — Eccleſia. — Eccleſia. — Greg. Non. — Eccleſia. — Eccleſia. — In ſeq. Miſſ.

Raimondo del Sacro Vangel ſparge il ſeme
Con indicibil guiſa, arte, e cultura
Si, ch'ogn'vn del ſuo fallo hà doglia, e geme
Ch'à l'alma nè la chieſtra inferma, e ſcura.
Piangente dunque ei mira à le ſupreme.
Ruote, e l'habito mal volto in natura
Cangia, ſi che Raimondo iui opra poi
Quel ch'oprò Giona à i Niniuiti ſuoi.

Horatio Perſo nelle Rime ſacre.

Ogn'vn renunza à ſuo Demon, ſue pompe,
Digiun ſi cinge di cilicio, e ſacco
Ogni gioia con duol meſce, e'nterrompe,
E ſpregia à ſuo poter Cerere, e Bacco
Il cor già duro in mille parti rompe,
Ch'vn tempo verſo il Ciel ſembrò Baldacco
E così fatto in pezzi immerſo al pianto
L'offre al ſuo Creatore, offeſo tanto.

Et realiter Ductor huius perſpicuæ Nauis non fuit hic radius mundi, nimirum Raymundus, ſed Angelus ſuus familiaris. Clarum eſt, quod in prima Angeli creatione, Deus non tribuit ei formam aliquam corpoream, ſed ſolum purum ſpiritum creauit, cum ſimplici cōpoſitione, ex genere, & differentia, exiſtentia, & eſſentia, quod ſi poſtea ſub diuerſis, ac varijs formis aſpicitis, ab Eccleſia pictos, non dicendum eſt, ſunt tales, quia tunc ſolum ſunt Angeli, cum per eos aliqua nūciantur. Et ſi aliqui aſſerunt, quod melius fuiſſet eos in forma corporea creaſſe, quia non ſemper indiguiſſent Aère, & vaporibus ad corpus formandum, toties quoties apparere volunt.

Quare Angelus creatus fuit Spiritus.

Reſpondet his Theodoretus inquiens, quod Deus creando naturam Angelicam, præuidit, quod hæc creatura fuiſſet hominis, ita fidelis amica, quod propter ſui amorem, & in ſuis neceſſitatibus, centum, & mille formas ſūpſiſſet. Vnde inquit Deus. ſi eum creo, cum forma corporea, taliter corporeitati, nexus erit, quod non poterit aliam capere formam; idcircò tribuatur ei forma ſpiritualis, qua potens ſuo modo vti, poſſet in hominis neceſſitatibus illam accipere formam, quæ melior eis videbitur. Theodoretus. *Cæleſtes Spiritus forma expertes à Deo creati ſunt, pro vt vſus hominum petebat.* Fuit ergò Angelus à Deo in ſeruitium hominis creatus ſpiritualis.

Theodorer.

Theod.

Mirificè totum hoc in perſona Glorioſi Raymundi reſplendet, ſi fidem Auditoribus Rotę à Sancta Sede Apoſtolica Deputatis, ad eius proceſſum iudicandum præſtare volumus, videlicet quod Diuus Raymūdus per ſuam mirabilem humilitatem, & illuſtrem patientiam, habuit Angelum Dei familiarem, qui matutinis horis,

Eum à ſomno excitabat, vt preces pro animarum ſalute ſibi commiſſarum, ad Deum funderet, cui confeſtim, cum multa diligentia, & humilitate obediebat. Eccleſia. *Hic iam nouus miles, eximios fecit in virtute progreſſus, quapropter Angelos eum ad preces familiariter excitantes.* Eccleſia,

Ergò quare exanimaris, ſi Raymundus in acceſſibili ſanctitatis lumine fulgebat, dum ſeruituti cæleſtis miniſtri, cæleſtialis aulæ gaudebat? Eccleſia. *Hic Raymundus nuncupatus, ſanctitate cunctis gratus, plenus Cæli munere.* in ſequen. Miſſæ.

Sed pro nullo habeatur, quidquid vſque modo opacauimus; ſi huius ineffabilis radij mundi Raymundi, viuos contemplando ſplendores, huic pulchro incumbemus elogio, ſibi ab Eccleſia attributo, nimirum. *Virtutum ſacrarium.* Vnde euenit, quod ſicut Radius per diuerſas mundi partes profunditur, & à diuerſis ſuum participatur lumen. Ita Raymundus, vt *Virtutum ſacrarium*, Diuerſis appellatur nominibus, propter diuerſas à diuerſis, earum participationes. Eccleſia. *Mane pulchri ad inſtar ſyderis miro lucet doctrina radio, morbos omnes, ſalutari pellens remedio.* Vocatur Raymundus, Perfectio, Lux, Sanitas, Pulchritudo, Agilitas, Armatura, Veſtis, & Vita, Vocatur quoque oculus inter ſenſus exteriores, ignis inter elementa, lilium inter flores, flos inter herbas, balſamum inter odores, aurum inter metalla, Margherita inter gemmas, Sol inter planetas, torques inter ornamenta, albedo inter colores, & fortitudo inter ædificia. Eccleſia.

Raymundus *Virtutum ſacrarium.* Quæ quidem virtutes, vt dixi, varijs nominibus à ſacra deſcribuntur ſcriptura.

Perfectio vocatur à Chriſto. *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Lux ab eodem. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Sanitas à Pſalmiſta. *Sana me Domine, quoniam infirmus ſum.* Pulchritudo à Salomone. *Pulchra es, & decora.* Agilitas à Dauide. *Viam mandatorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Armatura ab Apoſtolo. *Induti lorica iuſtitiæ.* Vita ab Ezechiele. *Si fecerit iudicium, & iuſtitiam vita viuet, & non morietur.* Veſtis à Diuo Mattheo. *Quomodò huc intraſti non habens veſtem nuptialem,* Oculus à Sapientia. *Vulneraſti me in vno oculorum tuorum.* Ignis à Moyſe. *Ignis in altari meo ſemper ardebit.* Lilium à Cantica. *Sicut Lilium inter ſpinas.* Flos ab eadem. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* Aurum ab Apocalypſi. *Suadeo tibi emere aurum optimum.* Sol ab Eccleſiaſtico. *Sicut Sol lucens in altiſſimis Dei.* Marghetita à Ioanne Euangeliſta. *Portæ nitent Margheritis.* Balſamū à Sapientia. *Balſamum inciſum odor meus.* Torques à Prouerbijs. *Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Albedo ab Eccleſiaſte. *Omni tempore veſtimenta tua ſint candida.* Et fortitudo ab Eſaia. *Ponetur in ea murus, & ante murale.*

Math. 5. Math. 5. pſal. 6. Cant. 4. pſal. 18. Ephe. 6. Ezecch. Math. 22. Can. 4. leui 6. Can. 2. Can. 2. Apo. 3. Eccleſia. Apoc. 17. prou. 1. Eccleſ. 9. Eſai 26.

Et quis poterit vno nomine, tot explicare perfectiones? In Raymundo eſt virtus albedinis per Virginitatem, quæ vbi

inuenitur, animam puram ſanctam, illibatam, & ſine macula conſtituat. *Raymundus Virginitatem fideliter uſque ad extremum uitæ diem integerrimam ſeruauit.* Eſt ædificij, & fortitudinis virtus in Raymundo. *Nam Iacobo Aragonum Rege, Sacra Inquiſitionis, in ſuis Regnis inſtruenda Raymundus Author fuit.* Eſt ornamenti virtus in Raymundo, quæ magis formoſum poſſidentem efficit. *Raymundus in ſeſe quam ſit mirandus, & in ſanctis commendandus, res inſpecta prædicat.* Eſt balſami virtus in Raymundo, quæ à putredine, & corruptione ſuam per ieiunium ſeruauit carnem. *Hinc nandi præterquam diebus Dominicis ſolit in Raymundo conſuetudo.* Eſt virtus Margharitæ in Raymundo, quia ſicut magis exiſtimatur viſa ſola margharita, quam unus mons aliorum lapidum, ſic plus valet homo virtuoſus, quam omnes mũdi Sardinapales. *Raymundus eſt lapis pretioſus, claritate radioſus. Virtutum ſacrarium.* Eſt virtus Solis in Raymundo, quę inter peccatorum tenebras inuiſibiliter fulgens, eas expellit, ac diſſipat. *Raymundum ut Solem oriri fecit ſuper bonos & malos, & ſuper his qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent.* Eſt lilij virtus in Raymundo, quæ ſuauem ſpirat odorem, vt ſacra eius oſſa, per eximium, quem ſpirabant odorem, infinitas ad ſe traxerunt gentes. *Et hoc quando motu proprio Clementis Papæ Octaui, reuolutum eſt ſaxum, quod erat monumento impoſitum.* Eſt virtus ignis in Raymundo, quæ fidelium animas in Chriſti amorem inflammat. *Nomen Chriſti venerandum, Raymundus ſanctis*

Eccleſia. — Eccleſia. — Eccleſia. — Eccleſia. — Eccleſia. — Eccleſia. — Clemens octa. — Eccleſia.

propoſuit amandum ſignis, & virtutibus. Eſt virtus vitæ ſpiritualis in Raymundo, ſine qua homines aſſimilantur beſtijs, non animalibus rationalibus. *Raymundus ad ſublimius vitæ genus aſpirans, abdicatis honoribus, ſpretiſque mundi oblectamentis, ordinem Prædicatorum ingreſſus eſt.* Eſt viſus virtus in Raymundo, quem aſpicientes omnes, amore languent. *Cæci vident, claudi ambulant, tumulati iam reſurgunt, virtute mirifica.* Eſt armaturæ virtus in Raymundo, quæ offendit, & defendit. *Raymundus iam nouus miles, eximios fecit in virtute progreſſus.* Eſt virtus agilitatis in Raymundo, qua homines ita facile ad bene operandum mouentur, ſicut exercitus ad mortales ſaltus. *O Raymunde da feruorem, vt ad cæleſtem decorem aſpiremus pariter.* Eſt veſtis virtus in Raymundo, quæ à malignitatis frigore nos tuetur. *Raymundus bonis cunctis cumulatus, eſt ad ſuperos vocatus, operum pro merito.* Eſt pulchritudinis virtus in Raymundo, quæ animam à peccatis deformatam purgat, ac lauat, de qua dicitur, *Denigrata eſt facies tua ſuper carbones.* Et de Raymundo legitur. *Omne genus ægrotorum, turba omnis egentium, ſenſit præſidium.* Eſt virtus perfectionis in Raymundo, quia ſine ipſa, anima noſtra habet eſſe imperfectum, ideſt multum de materialis; E contra, quando Virtus in mente reſidet, tunc totus perficitur homo. *Qualis quantus ſit Raymundus, quibus donis ſit fœcundus, cælum, terra, maria.* Denique eſt virtus claræ lucis in Raymundo, quæ ad videndum Ieſum, iter, hominibus

Eccleſia. — Eccleſia. — Eccleſia. — Eccleſia. — Eccleſia. — Eccleſia. — Tren. — Eccleſia.

bus oſtendit tutum. *En præſentis lux diei, celebris in ſexus Dei agitur induſtria?* O Raymunde, ò mundi ſplendor, ô efficax hominum auxilium. *Raymundus claritate radioſus, ſanctitate cunctis gratus, eximijs donis fæcundatus, bonis cunctis cumulatus, Virtutum ſacrarium.*

Eccleſia.

Eccleſia.

His radijs, his ſplendoribus, hac luce, neſcio ſi Raymundus vocari debet. Oculus, aut Sol mundi, oculus ſolaris, aut Sol oculeus, qui totum illuminauit orbem, totum vidit, omnibus prouidit. Eccleſia, *Raymundus, radius illuminans, omnia reſpiciens*. Reſpexit formam Chriſtianorum, expulſionem Saracenorum, & in Hyſpania ſacræ Inquiſitionis inſtitutionem. OMNIA RESPICIENS; auxiliando ſua doctrina iuuenes, ſuo conſilio indigentes, ſua monitione pueros; alijſq; ſuo maximo labore, ſacramenta miniſtrando. OMNIA RESPICIENS, ideſt omni vtendo artificio, & caliditate, nempe ore, calamo, ſudoribus, incommodis, atramento, & ſanguine. RADIVS OMNIA RESPICIENS; *Quia monitu ſacræ Virginis Mariæ ſibi in ſomnis apparentis, vna cum Petro Nolaſco, & Iacobo Aragonum Rege ordinem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum fundauit*. Quid amplius? RADIVS PER OMNIA RESPICIENS, in pulpitis, in cathedris, in confeſſionibus, in publicis, & priuatis colloquijs. RESPICIENS OMNIA inſtituẽdo collegiũ, ſeu ſtudiũ, in quo pluſquam Viginti ſui Ordinis fratres commodius linguam apprehendere potuiſſent hæbraicam; ad Saracenorum conuerſionem, aliorumque fidei catholicæ inimicorum conuerſionem. RADIVS OMNIA RESPICIENS; vniendo vitam actiuam cum contemplatiua, laborem cum quiete, exercitium ſalutis proximi, cũ oratione mentali, & vnione cum Deo. RESPEXIT PER OMNIA, nam vix electus ſui Ordinis Generalis, quod ſtatim ad imitationem Chriſti, vbique miſit operarios, in Europam, Africam, Aſiam, vniuerſumque nouum, & veterem orbem. RAYMVNDVS RADIVS PER OMNIA RESPICIENS.

Eccleſ.

Et ſi verum eſt, quod de Diuo Patre Auguſtino in ſua Cronica legitur, ſicut quoque in Annalibus Seraphici Franciſci ſcribitur, quod in ſepultura, vbi ſuũ aſſeruatur Cor, ſi volumen ſacri myſterij Trinitatis, ab ipſo contra hæreticos, alioſque infideles ſcriptum, coram eo aperiatur, illicò uidetur præ lætitia mouere, ſaltare, & exultare. Hoc eximio audito miraculo: egregium hoc aliud admitti poteſt. De puluere ſcilicet, qui in ſepultura Diuini Raymundi, virtute diuina quotidiè emanat; quia ſicut experientia patet, omnibus applicati infirmitatibus, curantur: vnde decenter eius ſacra oſſa exultare poſſunt, & cum Pſalmiſta hilariè cantare. *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata*. Totum hoc teſtatur Dominicana Eccleſia inquiens. *Nam è primo eius ſepulchro puluis exaſcitur, qui licet coposè inde exportetur nunquam tamen deficit, eoq; multæ graueſque corporis infirmitates curantur.*

D. Auguſt.
D. Fran.

Pſal. 50.

Eccleſia.

O Raymunde, ò lux mundi, ſi toto

ſi toto corde, dum in terra vixiſti, hominum animas ad gratiam diſponete, operam dediſti. Modo qui in cælo gaudes fac tuis præcibus dimittere altas vias ſuperbiæ, lutoſas exiccare luxuriæ; Auaritiæ, dumoſas abſtergere; ſcandali, lapidoſas purgare, laqueatas tepiditatis erigere; temeritatiſq; precipites expellere. Ecce nos ò glorioſe Raymunde, cum violentia, & dolo à crudelibus in aperto, & in ſecreto oppugnati inimicis. Primus eſt mala conſcientia. Secundus gloria mundi. Tertius timor mortis. Quartus deſperatio ſalutis. Quintus nequitia Spiritus. Sextus auiditas inferni. Primus quæſiuit puritate cordis priuare. Secūdus Cæli ſpē. Tertius, animi iucunditate. Quartus fiducia miſericordiæ. Quintus vnione cum Deo. Sextus libertate Spiritus.

Eia glorioſe Pater Raymunde, nos ab his valentibus inimicis libera, tuaq; authoritate fac nos egredi ab iniquitate ad iuſtitiam, à ſuperbia ad humilitatem, à blasfemijs ad laudes, ab ira ad manſuetudinem, à crapula ad ſobrietatem, ab otio ad labores, à ſomno ad vigilias, à luxuria ad continentiam, à delitijs ad auſteritatem, à vitio ad virtutem, ab inuidia ad charitatem, à murmuratione ad patientiam, a pompa ad modeſtiam, à carne ad ſpiritum, à creatura ad Creatorem, à morte ad vitam, à terra ad Cælum, vbi ſimul videre poſſimus ſempiternum illum iuſtitiæ Solem, quem mihi, omnibusq; fidelibus, Deus præſtare dignetur. Amen.



HIERO-

HIEROGLYPHICVS GLORIOSI PATRIS AC B. LVDOVICI BERTRANDI SACRI ORDINIS Prædicatorum.

CÆLVM VIRGINEVM.

LVDOVICVS, VIRGINITATEM INTEGERRIMAM, VELVT PRÆTIOSVM, Eccleſia,
MONILE SECVM IN CAELVM INTVLIT.

ARGVMENTVM.

TER, QVATERQVE BEATVS.



QVOD noſtra beatitudo (Patres Theologi) principium habeat à diuina grã luce clarior eſt, cum ipſa nobis, quoddam eſſe diuinum tribuat, & tamquam æternæ beatitudinis ſemen, diuinæ nos efficit participes naturæ. Et Spiritus ſanctus, vt vitæ æternæ pignus, in noſtris habitat cordibus. Ipſa eſt animarum regenitrix; Vnica earum redem-

redemptio; ſpiritualis ædificij fundamentum; formoſa cæli clauis, ſine qua, nec inchoatur, nec ad perfectionem, vllum opus reducitur: Ipſa ex perſecutore effecit Paulum vas electionis; Ex telonario effecit Euangeliſtam: Ex peccatrice effecit penitentem. Vnde gratia eſt forma infuſa in anima, eſt Sol cuiuiuificans. Currus, qui velut Elias nos transfert ad cæleſtia. Eſt ignis cuius ſplendore, infernalis Leo exanimatur. Eſt aura, quæ in meridie concupiſcentiæ ſpirat Zefirum integerrimæ pudicitiæ. Eſt torrens de quo bibere oportet, dū ſumus in huius via vitæ propter cæleſtium bonorum fruitionem. Nutu ipſius, mundus, ſuum ſublimem deponit apparatum. Caro, rationis obedientiæ reuertitur, & confuſus noſter inimicus, ſuperbiam abijcit. Ipſi quoque gratiæ tribuitur, eſſe beatitudinem inchoatam, quemadmodum gloria erit poſtea gratia conſumata. Hac cæleſti, & ſingulari gratia glorioſus Beatus Ludouicus Bertrandus condecoratus fuit, quia vix natus, integerrimæ puritatis, ædificio ſpirituali, principium dedit. Et euaſus iam, diuinarum perſonarum mirabile thronum (*Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.*) velut Elias in cælum aſſumptus, gratiæq; clypeo, clauium illius poſſeſſor effectus mundi calcitrauit pompis, ſenſum ſubigendo rationi. Vnde omnes mirabantur, puerulum aſpicere quaſi diuinum: quamobrem letis applauſis, ſuam eximiam oſtendit gratiam Dominicanum hoc cælum Virgineum, dicendo cum Eccleſia. *Pijs, & ſancto Vincentio Ferrerio deuotis parentibus natus.* Ergo Ter quaterque Beatus Ludouicus. Beatus per gratiæ cumulum, ac donorum ſupernaturalium plenitudinem. Beatus per ſui amoris eminentiam erga Deum. Beatus *Quia adhuc puerulus, venialia etiam minima, toto conatu vitauit.* Beatus denique, quia virtutibus theologicis, ac cardinalibus egregiè fulſit. Ter igitur Ludouicus, quaterque Beatus. Eccleſia.

Non eſt ita proprium auibus volare, piſcibus natare, animalibuſque omnibus motum, quemadmodum inclyto Ludouico, ſuum contemplare factorem. Nam potius quieſcet ignis in aqua, & Aer inter viſcera terræ, quàm extra Deum Ludouicus. Nonne Ariſtoteles dixit, *quod noſtra fælicitas iuxta mentis operationem attendi debebat, & circa illud, quod inter amplitudinem ſuorum obiectorum eſt nobilius?* Et certè hoc non poteſt eſſe aliud, quàm primæ cauſæ eſſentia, quæ eſt Deus. Et nonne Platonis ſunt iſta verba, nimirum. *Summum hominis bonum, veriſsimumque ſapientiæ fructum, in ipſius ſummæ ſimplicis atque ſempiternæ pulchritudinis cognitione conſtitutum eſſe, ita vt, qui illam inſpexerit, amauerit, conſectari perpetuò voluerit, & omnia quæ videns pulchra, & amicabilia, gratia illius contempſerit, ſapiens, atque Beatus erit.* Confirmat Guidus Caſonus dicens. Ariſtotil. 12. Metaſ. Plato lib. de ſomnio bono.

Bontà, che diffondendo
Se, nel tutto perfetto, il tutto rende.
Guido Casoni. *Saper, che se contempla, e conoſcendo*
Se ſteſſa, il tutto in ſe medeſimo intende,
Amor, ch'opra, e conſerua, e ſolo amato
Fà, che l'amante è, nel ſuo amor Beato.

1 In hoc quoque ſic nobili obiecto, infinita formoſitate decorato, mentem, ac intellectum eleuans Beatus Ludouicus, liberè fælicitatem ſpreuit mundanam, cuius gratia, nomen ſapientis, ac Beati obtinuit. Plato. *Omnia quæ uidens pulchra, & amicabilia, gratia illius contempſerit, ſapiens atque Beatus erit.* Immò taliter cum contemplatione, in hoc primæ cauſæ infinito obiecto conglutinatus eſt, quod puerulus (ò mirum.) naturalem abhorrendo cibum, quem nutrix ei porrigebat ſolum ſubſtantiali cibo cæleſtis contemplationis nutriebatur, quaſi diceret, magis ſum illius patriæ, quam iſtius; plus fruor Beatorum Beatitudine, quàm terrenæ fælicitatis delitijs. Eccleſia. *Ludouicus nutricis lac, ita hauſit, ut totam pueritiam, ac adoleſcentiam, in cæleſtium contemplatione trāſegit.* ò Ludouice, Ludouice, ò ter, ò quaterque Beate.

Eccleſia.

Verbum Diuinum naturaliter in æterna ſua generatione iam eſt beatum; & Maria per excellentiam gratiæ etiam in vita mortali dici debuit Beata. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Nam gratia Mariæ confirmata, & ut in ammiſſibilis, participabat magis de gloria beatorum, quam de viatorum gratia, idcircò Propheta relicto nomine gratiæ, abſolutè, gloriam appellat, ſubdens. *Omnis gloria eius filia Regis.* Aut dicamus, quod Maria, in vita dicta eſt Beata, quia in quocumque Angelorum ordine conſiderata, nil eorum ei deſit. Vnde ſi Beato, minimum aliquid deeſſet, non eſſet Beatus, nam priuatio illa, deſiderium cauſaret; deſiderium inquiſitionem; inquiſitio inquietitudinem; & ecce beatitudo ammiſſa, quę eſt ſumma quies, ac omnium noſtrarum potentiarum, appetituūq; formale centrum.

Lucæ c. 1.

Pſal. 44.

Nolo auditores formaliter Ludouici gratiam, cum Virginis gratia comparare, nam temeritas eſſet, quia *Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.* Sed ſolum pro ſancti laude dicam, quod eius gratia, quaſi cum illa Mariæ emulando, videtur ei in vita titulum Beati conuenire; Quia venialia etiam minima deuitare peccata, non eſt gratia communis, & ordinaria. Vnde ſi Beata Virgo ſingularis in hoc priuilegio fuit; ut docet ſacrum Tridentinum Concilium ſeſſione ſexta capite vndecimo. *Quod ſpeciale priuilegium ad nunquam peccandum venialiter, fuit de facto collatum Beatæ Virgini.* Et Diuus

Eccleſia.

Concil. ſeſſ.6.c.11.

Thomas

De Verit. quæſt. 24. art. 9. Et 3. p. quæſt. 27. ar. 3. Thomas Angelicus hoc idem affirmat. *Sanctiſſima Virgo ante Conceptionem Chriſti, potuit non peccare venialiter, propter abundantem gratiam, ſimul cum manutenentia Dei, prohibentis omnem inordinatum motum, & excitantis ad reſiſtendum omni peccato veniali, quandocumque ſe offerebat occaſio*. De Ludouico Bertrando inquit Eccleſia. *Venialia quoque etiam minima, toto conatu deuitauit*. Aut quod hoc non fuit ſemper, ſed determinato tempore; Aut aliquorum peccatorum venialium, aut multorum, vtrumque hoc in eo, locum habere poteſt; Verùm, qui magis, qui minus eſt apud Deum gratioſus, ſicut docet communis Theologorum ſchola. Ego verò in laudem ſancti adhæreo Apoſtolo Iudæ dicenti. *Qui potens eſt ſeruare vos ſine peccato*. Et ſi Angelici Doctoris Diui Thomæ canit Eccleſia. *O munus Dei gratia, vincens quod vis miraculum, peſtiferæ ſuperbiæ, nunquam perſenſit ſtimulum*. Et ſi de Patriarcha Diuo Benedicto, Diuus Pater Gregorius libro ſecundo Dialogorum inquit. *Beatum Benedictum nunquam ſenſiſſe ribellionem carnis, poſtquam ſe in ſpinas proiecit*. Hæc ſunt gratiæ, & dona ſingularia ſolùm in illo peccati genere, tàm Doctoris Angelici, quàm Patriarchæ Benedicti. Sed eximij Lodouici legitur. *Ludouicus futuræ ſanctitatis tyrocinia in tenera adhuc ætate mirificè exercuit, in minimis culpis vitandis, tanto animi ardore præferuidus, vt omnibus exemplo eſſet*. Et ſi Angelicus Thomas Aquinas loco citato quæſtione 73. ar. 4. docet, *quod maioris virtutis officium eſt cohibere minora peccata, quæ ſunt venialia*. Dicite auditores per bonam conſequentiam, quod glorioſus Ludouicus Bertrandus in vita, formoſum nomen Beati adeptus eſt, dum venialia peccata vitauit.

Eccleſia.

Epiſt. cano.

Eccleſia.

D. Grego. lib. 2. dialo.

Eccleſia.

D. Thomas quæſt. 73. ar. 4.

Et quamuis deſiderium fælicitatis, Aeternitatis, Beatitudinis, omnibus commune ſit, quia vnuſquiſque deſiderat Beatum eſſe, ac fælicem, nihilhominus nemo facit quod in ſe eſt; nam facienti quod pſalmiſta admonet, faciliter poterit, de hac beatitudine gaudere. Quid dicit Dauid. *Beatus vir, qui timet dominum*. Scitote quod non omnes ſapientes cælum ingrediuntur; quemadmodum multi indocti Paradiſum rapiunt, quia illi per ſcientiæ inflationem, ſuperbi euaſi, in infernum detruduntur; iſti in ſimplicitate ambulantes, confidenter obtinent gratiam. Dicat itaque mundus. Beatus, qui in dignitate eſt cõſtitutus. Beatus, qui diues eſt. Beatus, qui ſemper eſt in delitijs, & iucunditate. Sunt fabulæ, totum vanum eſt. Times Deum, poſſidebis omnia; Non times Deum, ſemper depauperabis. Ita Eccleſiaſtici 25. *Quam magnus eſt, qui habet ſcientiam, & qui inuenit ſapientiam, ſed non eſt ſuper timentem Dominum*. Ideò dixit. *Initium ſapientiæ timor domini*. Cui non ſolum viatores, ſed etiam Beati; non ſolum homines, ſed etiam Angeli ſubſcribuntur. Scientia inflat, ſapientia inflammat, timor Dei viuificat. Scientia ſtudio acquiritur; ſapientia ſpiritu; timor Dei è cælo infundi-

Pſal. 111.

Eccleſiaſti. cap. 25.

funditur. Scientia cruciat; ſapientia dilectat; timor Dei fælicitat. Scientia res patefacit humanas; ſapientia diuinas; timor Dei elargitur diuinitatem. Scientia poteſt eſſe inanis; ſapientia poteſt eſſe ſtulta; timor Dei ſemper vtilis. Scientia à carnalibus diſcitur, ſapientia à ſpiritualibus; timor Dei ab eo infunditur. Scientia debilis; Sapientia pauca; timor Dei infinitus. Hæc eſt ratio per quam ſepè in ſacra ſcriptura legitur. *Beatus vir, qui timet*
pſal.19. *dominum. Beati omnes qui timent*
pſal.127. *Dominum. Timor domini fons*
pſal.18. *vitæ. Timor domini ſanctus permanet in ſæculum ſæculi.* Non quod Beati peccare timent, aut ſuum amittere bonum; ſed dum infinitam aſpiciunt maieſtatem, mirabili humilitate, ac riuerentiali timore adorant, ideo Dauid hunc ſanctum laudauit timorem. *Beatus vir, qui timet dominum, qui ambulat in vijs eius*, ac ſi diceret; ſcitote, ò mortales, quod ſicut de facto, nullus eſt beatus, niſi qui Deum timet, eiuſque mandata obſeruat; ita non poteſt huius beatitudinis habere ſpem, qui his non vtitur medijs, ſic aliæ conſimiles intelligendæ ſunt ſcripturæ. *Vt Beati immaculati in via. Beati mites. Beati pacifici. Beati pauperes.* Conſiderate modò, quam ſit miſer, qui Deum non timet, quod neque Paradiſi ſpem habere poteſt, & ſi ſperat, profectò fallax ſpes. Verſa vice, qui timet Deum, nam cæleſtibus videtur coronatus donis.
Prou.c.16. *In timore domini, declinat omnis*
Eccleſiaſt. *à malo*, in prouerbijs inquit ſa-
7. piens. Et Eccleſiaſtici ſeptimo dicitur. *Qui timet dominum, nihil negligit.* Vnde Diuus Pater Gregorius confirmat di-
cens, *mens, quæ plus eſt illuminata, & inflammata, plus timet.* Diuus Gregorius.
Vita noſtra, ait ſanctus, augetur, & fit perfecta per timorem filialem in charitate fundatum, quæ charitas augendo, concreſcit, & timor.

Sed modò videtur ſuperfluum, inclyti Ludouici, ardentem charitatem, timoremque filialem explicare; ſi prærogatiuis his ſingularibus fuit egregiè condecoratus. Vnde, qui attento animo, ſuam leget vitam, inueniet, quod quotidie vſque ad ſui diem obitus, hæc pulchra Salamonis proferebat ver-
ba. *Beatus homo, qui ſemper eſt* Prou.c.28.
pauidus. Et talis ipſe fuit, ideò ſemper flebat; & interrogatus à Patre Fratre Thoma Arenas, quare iugiter ploras? Reſpondit, timeo de ſalute animæ meæ, qui quidem timor inſtar claui, ſuum perforabat cor. Et meritò, quia conſiderando Dei vniuerſale iuditium, orrorem inferni, pœnas ignis æterni, ſupplicia vermium, aſſiduam famem, ſitim inextinguibilem, frigus intolerabile, mortem perpetuam; diſperationem æternam, fletum amarum, fumum horribilem, ſocietatem demonum, ſtridorem dentium, tenebras mortales, confuſionem infinitam, odium diuinitatis, blasfemias diabolicas, inuidiam commodi alieni, dolorem proprij mali, deſiderium moriendi; neceſſitatem viuendi ſemper inter damnatos, habere ſemper in oculis fletum; in auribus vlulatus, in corde timorem, in manibus catenam,

in pedibus ferrum, in voce ſin-
gultum, in toto corpore ignem.
Superbia, ſuam habebit confu-
ſionem, luxuria ignem, auari-
tia indigentiam, gula fetorem,
inuidia vermem, vana gloria
deſpicientiam, accidia labo-
rem: intellectus ſemper in co-
gnitionem proprij mali erit in-
tentus, voluntas omni eo quod
diſplicet, & cruciat plena erit,
memoria aſſiduè de ſuo recor-
dabitur offenſore, iraſcibilis
habebit furorem, concupiſci-
bilis tormentum; igitur quale
cor carneum, non lapideum,
tantam conſiderans perniciem,
hunc ſanctum non amplexabit
timorem? atque eripere ſe à
peccato, cui tot pœnæ ſunt pa-
ratæ? ò fælix Ludouice, ò ter
quaterque beatæ. *Beatus Lu-
douicus, qui ſemper fuit pauidus.*
Vnde & ſi præcelluit in formoſi-
tate Abſalonem: in fortitudine
Sanſonem: in ſapientia Salo-
monem: in iuſtitia Dauid; abſq;
Dei timore, vt nil exiſtimaba-
tur. Sciebat enim, *quod fallax*
Prou.c.31. *gratia, & vana eſt pulchritudo,
mulier timens Deum, ipſa lauda-
bitur*: itaque laus, gloria, bea-
titudo, non formoſitati, non
pulchritudini, ſed timenti
Deum attribuitur. *Beatus, cui*
Eccl.c.25. *datum eſt habere timorem Dei,
ait Salomon. Et verè Beatus ti-
mens Deum, quia timentes domi-
num non minuentur omni bono,*
inquit pſalmiſta. Et quid am-
Pſal. 33. plius? abnegat propriam vo-
luntatem, obedit legi Dei, ac-
quirit virtutem, ſuffert tribula-
tiones, obtinet gratiam, viuit
innocenter, habetque gloriæ
pignus. En Ludouicus vix in
religionem ingreſſus, his om-
nibus ornatus, propriam abne-
gauit voluntatem, illius obedi-
uit legibus, innumerabiles ac-
quiſiuit virtutes, varias per-
peſſus eſt pœnas, baptiſmali vi-
xit innocentia; diuinam aſſe-
quutus eſt gratiam, atq; cum
titulo Beati arrham habuit glo-
riæ: Eccleſia *Beatus Ludouicus* Eccleſia.
*emiſſa profeſſione, mirum quot, &
quam ſolidis virtutum incrementis
vitam, quam ad eum vſq; diem
egerat, cumularit.*

Verum ſummopere, Ludoui-
ci lacrymis fruebatur, Deus,
nam infans, vberrimè flebat: in
quo pueril fletu, vſque ad
mortem perſeuerauit, inſtarq;
pueri ſe ſemper in modis, &
moribus conſeruauit; ſui dile-
ctiſſimi Ieſu dictum in dies ſæpè
memorans, ſcilicet, *Niſi effi-
ciamini ſicut paruuli, non intra-* Math. 18.
bitis in regnum cœlorum. Quæ
Chriſti verba explicans diuus D.Hieron.
Hieronymus inquit. *Sicut* lib.1.in Co-
paruulus non perſeuerat in ira- mentar.
cundia, non læſus meminit, non math.
*videns pulchram mulierem dele-
ctatur, non aliud cogitat, & aliud
loquitur, ſic, & vos, niſi talem
habueritis innocentiam, & animi
puritatem, non poteritis regnum
cœlorum intrare*. Multum certè
fruebatur Deus hac innocen-
tia, & puerili puritate glorioſi
Ludouici, in quo in dies ſimul
cum corpore, mundi contem-
ptus, pietas, ac religioſi ſtatus
deſiderium augebatur. *Iam in
Prædicatorum familiam cooptatus* Eccleſia
*tanto animi ardore præferuidus
tyro profecit, vt veteranis ipſis
admiratione, atque exemplo eſſet.*
Sæpè corde, & animo in cœlum
raptus; à quo raptu vis diſtin-
ctus, quod iterum flere cœpe-
rat, quamuis Chriſto, alijſque
ſanctis ei apparentibus, ſtatim
lacri-

lacrymas terminabat; de quo legitur. *Nec ceſſabat à lacrymis, niſi ſibi eſtenſis Chriſti ſanctorumque imaginibus*. Quare coronatus in hoc Dominicano Virgineo cælo, Beatus canebat, *Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis.*

Sed neſcio auditores, ſi differentiam inter hominum diſciplinam, illamque beſtiarum obſeruaſtis, nempe, quod homo illicò natus, faſcijs cincitur, & ligatur, atque in dies creſcendo, paulatim liberatur: vnde eodem tempore inuenitur liber, & homo. E contra, beſtiæ quando ſunt paruæ, libertate gaudent, hinc, inde excurrendo, quando poſtea magnæ factæ ſunt, domantur, vt Boues iugo, æqui freno, Aſini pondere. Modo in hac vita omnes ſumus, pueri, ſicut ſemper extimatus eſt Beatus Ludouicus. Eramus tunc homines, quando in aliud tranſiemus regnum. Audite Apoſtolum Paulum, extimantem præſentem vitam (comparatione ad futuram) infantiam, dicentemq; Epheſi quarto. *Donec occurramus omnes in Virum perfectum*; ideò homines, qui hinc, inde velut beſtiæ, excurrunt; quando in ætate erunt perfecta, cogerentur iugo, fænoq; ſubijci. Et qui in hac vita, tamquam pueri, vt Beati Ludouici imitatores, faſcijs timoris Dei cingerentur; liberi, & ſoluti in die inuenirentur vltima, in lætitia, & exultatione, iubilantes, & dicentes. *Dirupiſti domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Hoc ſacrificium, quotidie glorioſus Ludouicus Deo offerebat, ſcilicet viuam hoſtiam ſui corporis, cupidus, ob ſui amorem ſacrificari: quamobrem, videns animarum regnum diuiſum, diſceſſit à ciuitate Valentiæ, & ad occidentales Indos peregrinatus eſt. Taſſus.

ad Eph. c. 4.

pſal. 115.

Regno, ò imperio partito, e quaſi ſparſo
Trà molti, non è buon, non è coſtante,
Non è pronto all'impreſe, al premio è ſcarſo,
Lodato è quel ch'un ſolo ha poſto auante.
Scieglieste vn Duce voi dal Cielo apparſo,
Che freni, e regga ogni guerriero errante,
E dia ordine al campo, e legge, e forma,
Con quel benigno lume ond'ei s'informa.

Taſſo nel lib. 1.

Et tranſilitis fluminibus, & mare, relictis retro Prouincijs, & Regnis; in regionibus Indorum ingreſſus, confeſtim ad ſaluandas eorum animas, pugnare cæpit, & tanto magis decertabat quanto martirij palmam percupiebat. Immo ſolo vernaculo ſermone vſus, ab omnibus nationibus clariſſimè intelligebatur. Angelus Grillus.

Abbate Angelo Grillo Canſoni morali.

Ne mandi ſanta lingua
Di pietoſe opre amica,
E col ſuo fiume ſi gran foco eſtingua,
Lingua di fiamma diua, e ſia di quelle
Vn'in vna s'vdir tante fauelle.

Eccleſia.

Eccleſia. *Ludouicus audita penaria prædicatorum in partibus Indiæ, quia in lucrandis animis inſiſterent, cupidus ipſe martyrij, illuc perrexit, vbi vno tantum hyſpanico ſermone vſus, & à diuerſis, ac diſſonis nationibus intellectus, plurimos acquiſiuit Chriſto.* Sed per iuſtum Dei iuditium à martyrij deſiderio mortificatus, tantummodo propter perſecutiones ibi acceptas ab inimicis diuinæ iuſtitiæ; ſua mirabili humilitate, ac patientia, in hoc Cælo Virgineo, nomen acquiſiuit Beati. *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

Dixi quod per iuſtum æterni Monarcæ iuditium non fuit Ludouicus martirizatus, quamuis ex tunc; crudelis ſui ipſius tirannus euaſus eſt, vniendo lacrymas cùm flagellis, cilitium cum catenis, ferreas lamines cum alijs acerbiſſimis tormentis; ideò dicitur. *Corpus diù noctuq; ita crudeliter vſque ad ſanguinem cædebat, vt carnificinam in eo exercere videretur.* Vſurpando illud, in ſuis infirmitatibus Auguſtini dictum. *Domine hic vra, hic ſeca, hic non parcas, vt in æternum parcas.* Et fuit exauditus, quia nunquàm vnam habuit horam ſalutis. Immo Diabolus non contentus eum perſequendi per ſuos ſatellites, ad cruciandum in propria venit perſona, non per hoc territus egregius Ludouicus, ſed propter maius lucrum, magis lætatur; iuxta ſententiam Diui Paulini, epiſtola trigeſima quarta. *Iuſtus amat fælicitatem periculi ſui, quia de periculo inuenit ſalutem.* Et Diuus Hieronymus addit. *Veniant plagæ, & omnia pænarum genera, dum poſt plagas Chriſtus adueniat.* Si tentatio dicebat inclytus Ludouicus conglutinat cum Deo amicitiam, ergo vt ſim ſemper Dei amicus, volo ſemper eſſe tentatus; & ſi plagæ mihi cælum aperiunt, vt ſim Beatus, in ſingulas horas vlceratus eſſe volo, vt velut Beatus in hoc Cælo Virgineo fælici gaudeam beatitudine. *Domine hic vra, hic ſeca, hic non parcas, vt in æternum parcas.* Et Hieronymus. *Veniant plagæ, & omnia pænarum genera, dum poſt plagas Chriſtus adueniat.*

Eccleſia. D. Auguſt.

D. Paulinus epiſt. 34.

D. Hieronymus.

Peto, impoſuiſſet ſibi glorioſus Ludouicus coronam Beati abſque merito? triumphauiſſet in cæli capitolio abſq; pugna? certè non. Et qualis maior conflictus, quod inuaſus à muliere impudica deliberata, eius maculare puritatem: primò, humilibus verbis, poſteaq; minis eam fugauit. Quod narrans magiſtro Iuſtiniano dicebat. Si mihi ſurdo, cæco, infirmo, atque decrepito, ita audacter inuaſit mulier iſta impudica

dica

dica, quid alijs, his infirmitatibus carenribus faciet? In hoc crudeli prælio, auream coronam meruit eximius Ludouicus, cum dicterio. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Immo ſacram legite ſcripturam, & inuenietis, quod vnuſquiſque pugnando, meruit palmam obtinere victoriæ. Vt Moyſes, cum Faraone. Elia, cum Iezabele. Eliſa, cum pueris Samariæ. Iſayas, cum Manaſſe. Michea, cum Acab. Daniel, cum Nabucdonoſor. Iob, cum falſis amicis. Tobia, cum Sennacherib. Anna, cum Fenenda. Lia, cum Rachele. Sara, cum Agar. Dauid, cum Saul. Machabei, cum Antiocho. Ioannes, cum Herode. Petrus, cum Simone Mago. Ludouicus, cum Demone; igitur verum eſt, Diui Leonis Papę dictum. *Nulla ſine perturbationibus fides, nullum ſine hoſte certamen, nulla ſine congreſſione victoria*. Leo Papa ſer. pr. de quadrag.

Sed denuò percontor. Poterat nè Beatus Ludouicus in terram promiſſionis victorioſus ingredi ſine tétationis medio? quis, vnquam in Celi ſolio pedem poſuit ſine probatione? quis Domini ſeruus inuentus eſt, vnquam, qui per diuerſa tormentorum genera Chriſti paſſionem non imitaretur? En Beatus Ludouicus dilectus Ieſù & Marię, à quibus viſitatus, atque per corū amorem contumelijs, & iniurijs afflictus, quadam nocte poſt matutinum in Choro orando, apparuit ei anima Purgatorij veniam petens, quia in vita, indoctum vocauit ſanctum, qui tunc reſpondit, *Lucifer doctus erat, attamen damnatus eſt*. Modo cupiens Deus egregias Ludouici prerogatiuas oſtendere, ac eius beatitudinem; voluit, quod antequam anima illa in Cæli palatium ingrederetur; ipſi veniam petijſſet, nec non eum rogaret, vt ſacrum Miſſæ ſacrificium pro ea celebraret; quo peracto denuò glorioſa, ac beata apparuit, dicens. *Gaude Ludouice ſerue Dei, eſtoque hilari animo, & perſeuera, nam maximopre de te curat Maieſtas Diuina*. O magnitudo dilecti Ludouici, ò ter, quaterque beate.

Sed non tantum miror eximiæ Ludouici glorię, quantum de mellifui Bernardi conſilio conſolantis Rinaldum Abbatem, qui propter aliquas contumelias, & oppreſſiones multum lamentabatur, ſic eum conſulentis. *Rinalde in quantum grauaris, in tantum lucraris, & in quantum iuuaris, in tantum tua tibi præmia minaris, elige ergo, quid eligas, an, qui grauando iuuant, an, qui iuuando grauant, hi tibi promeritores, illi fraudatores, meritorum exiſtunt*. epiſt. 72. ad Rinal. Abb. Inquit Bernardus, quid eligis? quieſcere in pace ſine lucro, aut præliando lucrari; carere corona, & non excruciari, aut cruciãdo coronari? Scias quod in quantum grauaris, in tantum lucraris. En Ludouicus, qui tamquam Beatus, afflictiones, & tormenta elegit. *Beati, qui perſecutionem patiuntur*. Iugiter proferens, *Domine hic vra, hic ſeca, hic non parcas, vt in æternum parcas*. Quibus verbis, in die ſancti Petri martyris anno millesimo quingenteſimo, ſexuageſimo octauo, dum poſt matutinum ad cellam anno 1568. reuer-

reuertebatur; reſpondit quædam vox dicens. *Deo magis placet afflictio cordis, contritio, & tribulatio, quam dulcedo, ſolatium, & conſolatio*. Bernardus *in quantum grauaris, in tantum lucraris*. Dicat ergo glorioſus Pater Ludouicus: *Domine hic vra, hic ſeca, hic non parcas, vt in æternum parcas*.

Chriſt. 123. Auguſt. in pſal. 116. Confirmat Chriſologus ſermone centeſimo vigeſimo ſecundo inquiens *Beatus, qui hic recipit tot mala, vt ibi bona omnia poſſideat*. Et Pater Diuus Auguſtinus conſiderans Dauid verba. *Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege domini* inquit *Beati immaculati, non propter quod adeſt, ſed propter quod aderit*. Non obſtupeſcere lector (videtur dicere Augſtinus) ſi inclytus Ludouicus appellatur Beatus, dum per vias Dei ambulauit, & ſolidè ſuam amplexus eſt voluntatem; nam amaritudines illas, quas ſenſit odia, & maleuolentias, atque aſſiduas ſatanæ tentationes, quas paſſus eſt; eum Beatum effecerunt, dignum gloria, ac coram Deo glorioſum. Beatus ergo dicitur Ludouicus, *non propter quod adeſt, ſed propter quod aderit*: quia vbi maior gloria, & magnitudo, quam videre Ludouicum à crudeli aggreſſore inuaſum; iam deliberato cum ſclopo ipſum occidere? qui ſtricto in eum ſclopo, ſtatim in crucifixi imaginem conuertitur; quo egregio viſo miraculo, ve-

Eccleſia. niam petijt. Eccleſia. *Nobilis quidam vlturus mortem, quam Ludouico comminatus fuerat, dum ſclopo in eum ſtricto, intentat, illicò ſclopus in Crucifixum conuertitur: ipſo aggreſſore, miraculi vt proſtrato, ac veniam enixè petente*. Ecce, ecce magni Ludouici triumphus, ecce diuini Bertrandi cæleſtis corona; ò Ludouice, Bertrande, ò ter, quaterque Beate.

Habetur de Alexandro magno, quod dum ſuum inuictum eſercitum per neuoſos ducebat montes, cognouit, quod pedites à niue victi, lento incedebant greſſu; quare Alexander deſcendit ab æquo, & proprijs pedibus macerando, & liquefaciendo niues, accelerauit greſſus. Ad hoc Ducis exemplum, milites omnes, ſic ſimiliter fecerunt. Ita Deus Optimus Maximus, dum manebat in Cælo, pſal. 69. quaſi in æquo aſſidens, per os Dauid imperabat. *Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum*. Caldeus legit. *Qui ſedet ſuper ſolium gloria in nouo Cælo* Vatablus *munite viam ei, qui ſupremo Cælo equitat*. Caldeus Vatabl. Nihilhominus pauci erant, qui per aſperos diuinarum præceptorum tramites, veſtigia mouebant; ideò inquit Hieronymus. *O domine cuſtodiam mandata tua ad veſtigium*. D. Hieron. Quaſi diceret, vis domine, quod populus tuus, per Cæli vias ambulat? imprime tu prius in terra, tua ſacra veſtigia, & ſequatur te. Et ecce Dominus languens amore, illicò inclinauit Cælos, & deſcendit. *Cum in forma Dei eſſet, ſe ipſum exinaniuit*: ſuiſq; veſtigijs terram impreſſit, formam ſerui accipiens. Et ecce totus populus, quemadmodum ait propheta, Propeta pſal. 118. ſequutus eſt eum. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum*.

Verùm ſi parumper, perſpicuis Ludouici prærogatiuis, noſter

noſter transferatur ſermo; pro certò, ſui diuini elogij formoſitate gaudebitis. Nam ingreſſus in hunc Cælum Virgineum ſuæ ſacratæ religionis, ita cælibata vixit vita, quod non vt homo, ſed vt Angelus videbatur. Idcircò ſanctus quidam Romita; ad cellam Beati veniens, ad ſuos pedes proſtratus, vlulando dixit: *Ludouice Angele Dei, ò quam ſpetioſa ſedes tibi in Cælo à Deo paratur*: cum quo tribus manſit diebus ſemper de diuinis rebus ſecum loquendo. Interim conſiderans Ludouicus proptet præceptorum in obſeruantiam, Deum contra mundum iuſtè iratum, ita vt oportuit de Cælo in terram pro eorum obſeruantia, ſuum Vnigenitum deſcendere filium, quapropter Ludouicus ab infantia vberrimè fleuit, volens iræ & vindictæ non ſolum cum lacrymis, ignem extinguere diuinum; ſed inſtar immaculati Agni, eorum duritiam proprio inundare ſanguine. Eccle-
Ecclesia. ſia *Ludouicus tã acriter cedebat ſe flagellis, vt etiã cruentati maderẽt cella parietes*. Et taliter eorum fregit duritiem, quod inuſitatis gratijs à Deo Ludouicus ornatus, futuros eis prædicabat euentus, atq; prærteritos reuelabat. Eccleſia *ſpiritum propheticum adeo abundanter illi con-*
Ecclesia. *tulit Pater luminum, vt ſtatus animarum, cogitationes, & neceſſitates pauperum, ſoli Deo notas, clarè cognoſceret, præterita reuelaret, prædicaret futura*. Vnde videns ſe Ludouicus tot cæleſtium donorum cumulis condecoratus, ad occidentales perrexit Indos.

Refert Plinius, in regionibus Indiarũ, aliquas reperiri aquas, lucernis pro alimento, ſeruientes. Plinius. *In India terris fontem eſſe aiunt, cuius aquis lucerna ardeſcunt*. Et Chriſtus inquit. *Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus*. Hæc intellectus lucerna, erat quaſi extincta: quando ecce Ludouicus, ab eodem Chriſto, vas electionis effectus, eiuſq; impulſu, tamquam mirabile lumen, ad religiones illas graditur; vt eis, ſanguinis Redemptoris prætioſum fontem aperiret. *Cuius aquis lucernæ, ardeſcunt, & aperiuntur oculi cæcorum*. Et taliter aperti, ac illuminati à Ludouico fuerunt, quod ex eis innumeros ad Chriſtianam fidem perduxit; quare Beatitudinis præmium; non in hoc mundo ſolum, ſed in altero quoque obtinuit. Ita Caldeus in Dauid verba ſcilicet. *Beati omnes, qui timent Dominum*, inquit. *Beatus tu in mundo iſto, & bene tibi erit in venturo*.

Plinius lib. 3. c. 2.

Caldeus pſal. 127.

Et ſi Ludouicus à Deo per tot labores, in conuerſione Indorum, beatitudinem recepit. Ab ipſis vero, venenum in præmium bis ſibi propinatum innoxiè hauſit: quamuis in potum ſalutis, & dulcedinis, conuerſum eſt, vt teſtatur D. Ambroſius. *De triſti egreſſa eſt dulcedo*. Et qualis dulcedo vnquam fuit in Ludouico? Verum ſemper tormenta, atque crudeles amaritudines. Attamen (ò mirum) *De triſti egreſſa eſt dulcedo*. Ideſt ab hoc amarulento veneni potu, egreſſa eſt, diuina beatitudinis dulcedo. Amaritudines enim amantium, in dulcedinem conuertuntur; tribulationes in gemmas, cruciatus in lætitiam, ſpinæ in roſas, tribuli

Ambroſius

in coronas. *De triſti egreſſa eſt dulcedo*. Videbatur ſatis Exiodo conſolare afflictos, dicendo. *Labores, cum abiere dulces ſunt.* Sed parum dixit. Immo multò melius ſacer Poeta. *Labores manuum tuarum manducabis, Beatus es, & bene tibi erit.* Si tribulationes eduntur, venena potantur, quis negare poteſt, quod non ſint dulces? Et ſi Beatus eſt, qui de hoc cibo paſcitur, quis negabit, quod eodem tempore quo perpetiuntur Beatum efficiunt? *Beatus es in hoc ſaculo, & bene tibi erit in futuro*. Loquere tù ò Magne Ludouice, qui experientia alloqui pôtes. *Omnis autem diſciplina, in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris poſtea autem fructum pacatiſſimum per eam reddet iuſtitia.* Obſeruate verbum iſtud (videtur) idcſt quod venena; perpeſſiones, cruciatus, & ſimilia, triſtitiam, doloremque videntur cauſare, & precipuè, qui amantis oculis caret, certò dicat, talia ſunt; ſed non, qui toto corde diligit. Hieronymus. *Omne gaudiũ exiſtimatur fratres, cum in varias tentationes incideritis*. Et voluit dicere, tentationes, tribulationes, beatificant in terra animas, propter futuram in Cœlis coronationem; itaque amabiles ſunt, dulces ſunt, mellifluæ ſunt; ſed non ita à mortalibus deguſtantur, niſi à glorioſo Ludouico Bertrando. *Ludouicus, Beatus eſt in hoc ſaculo, & bene ipſi erit in futuro.* Et ſi Anima, quæ virtutes theologales, ac Cardinales poſſidet, potiori iure beatificatur: igitur, quid mirum ſi de Ludouico dicitur, ò ter, quaterque beate, dum ſingulari prærogatiua, his diuinis fruebatur virtutibus, ideò ſemper in ore eius. *Quis aſcendet in montem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus, & mundo corde*. Hæc eſt temperantia. *Qui non accepit in vanum animam ſuam*. Hæc eſt prudentia. *Nec iurauit in dolo proximo ſuo*. Hæc eſt iuſtitia. *Hic accipiet benedictionem à Domino*. Hæc eſt fortitudo. *Et miſericordiam à Deo ſalutari ſuo*. Hæc eſt fides. *Hæc eſt generatio quærentium dominum*. Hæc eſt Charitas. *Quærentium faciem Dei Iacob*. Hæc eſt ſpes: tandem concludit Eccleſia. *Ludouicus Bertrandus cunctarum virtutum exornatus migrauit in cælum*. O ter, quaterque beate, ora pro nobis queſimus.

[Margin: Exiodus; pſal. 127; ad hebre. c. 12.; Hieron.; pſal. 13; Eccleſia.]

Et verè fælix es ò beate Ludouice, qui à Cæli Regina viſitatus, ſuauiter, ac dulciter cum ea alloquutus es. O beate Bertrãde, qui pro magno prandio, tibi in ieiunijs, panis deſeruiebant, & aqua. O fælix Ludouice, dum in oratione, inſtar ſolis, tua fulgebat facies. O beate Ludouice, qui fidelibus oſtendiſti te gemmam ſacerdotum. O fælix Bertrande, qui charitate feruidus, è purgatorio, ad Cælum extraxiſti animas. O beate Ludouice, qui eodem charitatis igne, mortuos ſuſcitaſti. O fælix Ludouice, dum ſigno crucis maris tempeſtatem ſedaſti. O beate Ludouice, qui panes multiplicaſti, atque ſolo veſtium tactu ſtromoſos ſanaſti. O fælix Ludouice, qui ſpretis mundi voluptatibus, totus diuino addictus es cultui. Boetius. *Triſtes eſſe exitus voluptatum, quæ ſi beatos efficere poſſent, nihil cauſa eſt, quin*

[Margin: In eius vita; Boetius]

quin pecudes quoque beatæ eſſe dicantur. O beate Ludouice, qui in vita à tuo Patre Dominico, & Auunculo Franciſco de tuæ animæ beatitudine certitudinem habuiſti. O fælix Eremita, qui mundum linquens, in cælum es raptus, Deoque fruaris. Nazianſenus.

Nazian. carm. 6.

Fælix à mundo abſtractus, qui viuit Eremo
In rigida, & mentem tollit ad aſtra ſuam;

O fælix Ludouice, qui cupidus, tuum videre dilectum Chriſtum; ſuper Caluarium montem, eum aſpexiſti Crucifixum, cuius Crucem iugiter pro proximi ſalute baiulaſti.

Nazian. loc. cit.

Fælix, qui Chriſtum fortunis omnibus emit
Cunctorumque Crucem, quam gerit, inſtar habet.

O fælix, & beate Ludouice, qui, hora qua expiraſti, lux ingens, fulguris inſtar, ex tuo ore egreſſa, totum illuminauit cubiculum. Interfuit quoque Angelorum muſica, canentium Deo laudes. Igitur ò ter, quaterque beate. Et ſi beatus fuiſti in terra, Beatus quoque in Cælo: tanto magis glorioſus, & Beatus eris, tuendo nos ab hoſte viſibili, & inuiſibili, vt æterna illa beatitudine, tecum perfrui mereamur. Amen.

HIEROGLYPHICVS GLORIOSI PATRIS AC B. AMBROSII SANSEDONII

Sacri Ordinis Prædicatorum,

CÆLVM VIRGINEVM.

AMBROSIVS SANSEDONIVS VIRGINITATE PERPETVA FLORVIT, CVIVS CONSERVANDAE STVDIO, CILICIVM VSQVE AD OBITVM GESTAVIT.

ARGVMENTVM

FORTIS, AC DIVINVS SANSON.

NVnquam, curioſi lectores, par, uæ conſiderationis fuerũt fortitudinis elogia, ac prærogatiuæ. Nam ipſa eſt illa, quæ reprimendo appetitum iraſcibilem, facit, quod timori ſubigantur res formidabiles, res ſuperbæ, ac temerariæ, quapropter à còpioſo ſpectatarum virtutum numero ſublimata eſt, cum ſecum habeat confidentiam, atque cordis ſecuritatem. Per ipſam exultas gau-

 dio

dio magnificentia. Et in ipſa ſolatium reperiunt conſtantia, & patientia. Vnde hæc fortitudinis virtus, aſſimilatur ſcolio, in medio vndarum non quaſſato, non conciſo, non confracto ſemperque permanenti illæſo. Aſſimilatur etiam incudi, quæ martuli percuſſionibus obſiſtit. Eſt aurum illud, quod inter flammas magis refulget. His præconijs, magnus famoſus, triumphans, ac fortis Alexander fuit ornatus, ideò inter crudelium inimicorum flammas, atque percuſſiones magis, ac magis reſplenduit. Perſeus, cum eſſet in ipſa fortitudine inuictus, turpè caput viperine, præcidit Gorgonæ. Itaque quilibet Dux fortis, & magnanimus, nunquam ad ſanguineam anhelat victoriam, abſque aduerſariorum ſuperbiæ deletione. Nec Nauta valoroſus extimabitur, niſi quando aduerſo vento, & turbato mare, oneratiam Nauem conduxit ad portum. Nec denique magnus Alcides, opus vnquam in ſe ipſo facilè cupit, niſi illud, quod vndique mortalibus periculis ſeptum erat. Boetius.

Magnus Alexander

Perſeus

Alcides

Boetius de conſolat. lib. 4. metro vlt.

Ille centaurus domuit ſuperbos
Abſtulit ſæuo ſpolium Leoni
Fixit, & certis volucres ſagittis
Poma cernenti rapuit Dragoni,
Aureo læua grauior metallo
Cerberum traxit triplici catena.

Inuenire rem aliquam, quæ nec nunc, nec elapſis temporibus, in mundo, vnquam comparauit, magnum vllo abſque dubio, requirit laborem: ideoq; primi inuentores, nomine quaſi gaudent diuino. Et qualis res maior, vſque ad præſens tempus, non intellecta, nec ab humano reperta inuentore; nec legibus naturæ ſubiecta, ſicut diuini Sanſonis fortitudo? cui cædant, cædant Alcides, Alexandri, Perſei; dum ſuis proprijs humeris, marmoreas ciuitatis Gazze abſtulis portas. Proprijs manibus ferociſſimum in membra diſcerpit Leonem. Irriſus à filiſteis mirabili triumpho, glorioſum tumulum, ſuper eorum ædificauit cadauera. Sed quid mirum, ſi ſpiritus domini erat cum eo? Ita ſimiliter cariſſimi auditores, diuina fuit diſpoſitio, quod glorioſus Ambroſius Sanſedonius, Sanſonis gauderet cognomine, vt velut diuinus Sanſon, valoroſus, & fortis ab infantia eſſet ſpiritu ſancto plenus, ſuaſque eximias mundo oſtenderet virtutes, quas vobis modo ſuccintè demoſtrabo. *Ambroſius Sanſedonius, velut Sanſon creuit, & caput ſpiritus domini eſſe cum eo.*

Et vt magis diuini Erculis, nimirum Ambroſij Sanſedonij, ſublimis reſplendeat ſanctitas, volo ſimul, cum magno Patre Auguſtino in cogitatorum ſepto ingredi, inuictum excuſando Sanſonem, qui, vt ſuos inimicos

micos occideret filiſteos, non
curauit ſe ipſum interficere, do-
mum demoliendo. Ratio eſt,
nam ita decerneret Spiritus
ſanctus, qui latens in miraculo-
rum patratione, efficax præſtá-
bat auxilium. Auguſtinus. *San-*
Auguſt. lib. *ſon excuſatur, ſi ſe ipſum cum*
1. de ciui. *hoſtibus ruina domum oppreſſit,*
Dei c. 20. *quia ſpiritus latens, hoc iuſſerat,*
qui per illum miracula faciebat.
His ſuppoſitis modò incipio,
ab occaſu mortis Sanſonis, ad
concludendum, cum oriente ſui
ortus: & coniungendo vtrumq;
ſimul, ita vt curioſus inuenien-
do in ambo, auram Spiritus
ſancti ſpirantem, qui fortem,
cæleſtibus donis ſublimabat
Sanſonem, palam agnoſcet
eminentiam ſanctitatis herois
diuini Ambroſij Sanſedonij:
tam ſingulari affectu à Spiritu
ſancto dilecti, qui à prima hora
ſuæ natiuitatis, vſque ad finem
vitæ ſuæ, in eo inſueta patrauit
miracula. Quapropter eius
ſacra narrat hiſtoria dicens:
Eccleſia *Ambroſius Sanſedonius, non ſine*
inſignibus prodigijs natus eſt, con-
tracto enim, & contorto corpore
editus, ſanctorum reliquijs in diui
Dominici templo, à nutrice ad-
motus ad concinnam, decoramq;
artuum conſtitutionem reſtitutus,
religioſos aſpiciens, magno cum
gaudio, ac hilari vultu eos cole-
bat, quod certè fererus ſæculares. Et
ſi ſua religioſa Mater officium
beatiſſimæ Virginis coram ipſo
legere volebat, non quieſce-
bat, vſque dum librum illud è
manibus extraheret. De alijs
verò libris non idem videbatur.
Eccleſia Eccleſia. *Ambroſius adhuc in-*
fans mirum in modum, ſacros li-
bros amabat, ita vt vix mater eius,
Beatiſſimæ Virginis officium per
ſoluere poterat, quod vi è mani-
bus extrahere conabatur; è contra
verò de alijs libris expertum eſt.
Immo ter Ieſu Saluatoris nomen,
infanti adhuc lingua pronuncia-
uit. Et quia ſicut docet Apoſto-
lus. *Nemo poteſt dicere Dominus* Corint. c.
Ieſus, niſi in Spiritu ſancto, faci- 12.
te ergo conſequentiam de pro-
digioſa natiuitate diuini Am-
broſij, qui ab infantia, Spiritus
ſancti habuit aſſiſtentiam. Et
cum Propheta Hyeremia cane-
re poterat. *Spiritus oris noſtri* Tren. 4.
Chriſtus. Cædat igitur Ercules
ſacræ ſcripturæ ſcilicet Sanſon
magnitudini ſanctitatis diuini
Sanſedonij, qui prius meruit
res poſſidere diuinas, quam
humanas cognoſcere; prius me-
ruit per Dei miraculum, ſuper
ſuum corpuſculum, diuino ſcui
auxilio, quam quaſi reſpirare.
De finice; naturales ſcribunt,
quod non indiget, ſicut, & cæ-
tera animalia, tempore inter-
iecto, pro ſuæ ſtaturæ magnitu-
dine; ſed vix nata, aſpicitur
pennata, & tertia die ad volan-
dum perfecta. Ita diuus Epi-
phanius. *Fenix ſequenti die,* D. Epiph.
enatis alis, tertia die, iam integra
reperitur. Modò, quis ex vobis
non affirmabit, quod Beatus
Ambroſius, quaſi non dum na-
tus, non ſolum inſtar Gigantis,
ad currendam viam, ſed tam-
quam paruula fenix ſuper pen-
nas ſanctitatis ad cælum vola-
bat. Vnde ait diuus Gregorius.
Quia tunc vnuſquiſque virtutum D. Greg.
pennis ſe induit, cum cogitationes lib. 3. mo-
ſuas, ſancto ſpiritui confitendo ral. c. 18.
ſubſternit. Et diuus Ambroſius
ſubiungit. *Habet enim anima* D. Ambr.
ſpirituales volatus, nam liberè
ſunt cogitationes, & quanto ad
altiora, & diuiniora ſe ſubrigunt,
tanto

tanto magis sanctum ille corpus mirabilis impedimenta ferunt. Quis præsagire poterit, quales fuerint primi cogitatus, atque affectus, quibus pennatus infans, ipsum super sydera ascendebat? Tamquam æmulator inuicti Sansonis, qui instar quoque fenicis, sequenti die enatis alis, tertia die, integra reperitur. Nec ista festina Ambrosij perfectio, melius explicari poterit, quàm, dictu Dominicanæ Ecclesiæ, videlicet, *quod sculptus Ambrosius non sine insignibus prodigijs natus est.*

Verùm, memoria fuit incredibilis, itavt puerulus, totum Beatæ Virginis officium mandarit memoriæ. *In* ætate nouem annorum, omnia Ecclesiæ ieiunia, maxima deuotione ieiunare incepit. Et media nocte ad orandum surgebat, in qua oratione, nimia spiritus dulcedine, loquebatur cum Deo. Adolescens, à Patre obtinuit, quolibet sabbato, quinque in sua domo peregrinos hospitari, & cibare. Immo erat, ita flagrans charitas in eo, atque ingens affectus, hos erga peregrinos, quod vna vice meruit, quinque Paradisi recipere Angelos, qui simphonijs, & sonis, cælestem ei tulerunt dilectum, diuinamque recreationem. Vnde cum Apostulo dicebat. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Ex quo sequitur, quod omnis, qui charitatem habet, omnibus quoque Spiritus sancti donis potitur. Sine charitate certum est, non illis gaudere. Ideò Diuus Thomas Angelicus, cum sua Paradisi lingua concludit. *Qui charitatem habet, omnia dona Spiritus sancti habet, quorum nullum sine charitate haberi potest.* Amplius cum esset beatus iste annorum decem, & septem, impetrauit à Patre multa florinorum centena, quæ omnia Christi pauperibus distribuit. His iuuenilibus exercitijs pugnauit, cum inferno, subegit sensum, frenauit concupiscentiam, domauit iracundiam, magis crudelem quauis alia fera, quã, ità appellauit Chrisostomus. *Visceribus inclusam feram;* quamuis cesset admiratio, quia, vt æmulator, fortis Sansonis. *Spiritus domini erat cum eo.*

Ad Rom. c. 5.

D. Thom. de Donis ar. 5. in cor.

Chrisost. homil. 30. ad popul. Antioche.

Ab hoc diuino Spiritu afflatus, ad sancti Dominici Conuentum venit, & magna cum instantia sanctum petijt habitum. Sed antequam, Patres eum inducerent, voluit per octo dies solus in cella clausus permanere, magnopere cupidus, huius Cæli Virginei dulcedinem degustare. Vbi malitia non regnat, neque inimicitia, nec adulatio, neque irrisio, nec ignominia, neque pæna, nec violentia, neque seditio, nec indigentia, neque tribulatio; Hic non cadunt pluuiæ, non plumbant grandines, non fremunt tonitrua, non coruscant fulgura, non immittuntur fulmina, non perturbant venti, non auditur rumor procellæ, & turbinis. Non cadunt pluuiæ inquietitudinum, non plumbant grandines tribulationum, non fremunt tonitrua tentationum, non coruscant fulgura perturbationum, non immittuntur fulmina afflictionũ, non perturbant venti ægritudinum, non auditur rumor procellæ, &

turbinis irriſionum. Scitote, quod non eſt vnquam ſerenitas huius cæli Virginei a calamitatum nube perturbata, ſed vna ſumma delibatur pax, atque plena charitas, & ſicura quies. Iam octo tranſactis diebus in quo tempore mentaliter ſemper orauit; in publico capitolo coram omnibus fratribus eum duxerunt, vbi flexis genibus, ſingulis gratiam petijt, eorum oſculari pedes, quo obtento, cum magna humilitate, ſacrum recepit habitum. Poſtea ad pariſienſe ſtudium mittitur, vbi completis ſtudijs, ibidem remanſit pro lectore Theologiæ, ac phyloſophiæ, quamuis interdum diuinè in Germania, & Alemania, Dei verbum prædicabat; quapropter eius fama, cum maximo ſuo honore, in Italia diuulgata; ſtatim à ſummo Pontifice Innocentio Nono, fuit Romam vocatus, vt ſuam ſcientiam, & ſapientiam, legendo demoſtraret. Marinus. Innocen. Nouus.

E la penna, e la lingua hai ſparſa, e piena
Di dolcezza, e di gratia, e queſta, e quella
O ſe ſcriue Stefonio, ò ſe fauella
Di per tè moſtra à noi Cigno, e Sirena.

Marino rime varie.

L'una Apollo ſoſtien, moue, e affrena
Onde per te men glorioſa, e bella
I dorati cothurni à la nouella
Cede l'antica homai Tragica Scena:

Nè l'altra poi, che da Mercurio è retta
Mirabil Dea, poſſente Dea s'aſconde
Che dolcemente fulmina, e ſaetta.

E mentre in note, oltre ogni ſtil faconde
Hor n'inſegna, hor n'infiamma, e hor n'alletta
Sua Ambroſia, puro latte, oro diffonde.

Sed mortuo Innocentio, & creato Gregorio Nono, ab hoc ſancto Pontifice fuit ad prædicandum ſanctam Cruciatam, contra infideles miſſus propter ſancti ſepulchri recuperationem. In hac cælebri, & ſancta prædicatione, Spiritus domini erat in eo, quemadmodum in Sanſone, verùm in gradu magis heroico; Et ita tamquam Spiritus ſancti templum, ſeptem eiuſdem Spiritus ſancti dona, à propheta Iſaia enumerata oſtendit. Iſaias. *Et requiecit ſuper eum Spiritus domini, Spiritus ſapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilij, & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis, & Spiritus timoris domini.* Floruit mirabiliter Iſaia c. 11.

in eo ſapientiæ donum, per altiſſimas cauſas penetrando rerum humanarum, diuinarumq; Arcana. Hac ſapientia, nouam in Germania extinxit hereſiam, atque innumerabiles Alemanos ad Chriſti fidem conuertit. Eccleſia. *Rerum humanarũ, diui-* Eccleſia *narumque ſapientiam, adeo comparauit, vt nullum eſſet doctrinæ Arcanum; quod ingenij magnitudine, non penetraret. Boemicam ſectam in varijs Germaniæ partibus graſſantem deſtruxit. Alemanos ad veram fidem, & Chriſti Vicarij obedientiam reductis*. In eo fulſit donum intellectus, quem, ita clarum, & [illegible] habuit, quod [illegible] per diuerſas factiones tribulata, ipſe breui temporis interuallo, in pacem reduxit tranquillam. Ec- Eccleſia cleſia. *Romam, varijs factionibus bell[i]ſque vexatam, concordia firmata pacauit*. Maxima cum eminentia potitus eſt dono conſilij [illegible] inter ſe reconciliando [illegible]des. Eccleſia. *Pro* Eccleſia *gra[illegible] eat[illegible] a Eccleſia negotijs a ſummis Pontificibus ad ſupremos Europæ Principes [illegible] ta, eta [illegible] [illegible]* no [illegible], [illegible] dotatus, [illegible] a [illegible]rum [illegible] magnus Corrad[us] [illegible] C[l]emente Quarto anathematizatus. En inclytus Papa Clemente 4 Ambroſius electus [illegible]ctor pacis qui exemplo [illegible] prodigi [illegible] Po[illegible] is animum. Similiter cum F[l]orentinis [illegible] Piſani iugiter [illegible], [illegible] ſæpè [illegible]rum confines videbantur. Innocentius Nonus, pacis maximopere Innocent. Nono ambitioſus, hunc eis mi[ſit] Beatum, qui tanta dulcedine, ac mellifluis verbis eorum corda voluere curauit, quod pacem

inter eos concluſit, & florentiam ab interdicto liberauit. Eccleſia. *In arduis pro Eccleſia catholica negotijs pertractandis* Eccleſia *æmulationes, procerum, iniurias ac ſuprema pericula patienter [illegible] pertulit, cumque eius conſtantia, magnatum potentia, od[i]ſq; longè ſuperior vinci non p[oſſ]it, victæ tandem illa fuere*. Sed quid dicam de dono ſcientiæ? ſolum conſiderare ſufficit, quod, Angelici Doctoris Diui Thomæ condiſcipulus fuit, ac Magni Alberti diſcipulus, ita d[ocui]t eius hiſtoria [quo]d *poſt theologiam in Pariſienſi, & Colonienſi vniuerſitate, ſummo auditorum applauſu traditam. Romam a ſummo Pontifice vocatus, [illegible], ac ſacræ doctrinæ ſtudia, in e[a]* in eius vita *vrbe reſtituit*. Et alibi. *Alberto Magno Doctore, & ſancto Thoma Aquinate cond[iſcipu]lo*. Mirificè quoque pietatis dono decoratus, [illegible] cum eſſet Ciuitas ſenenſis a Papa Gregorio interdicta per adhærentiam Federico Imperatori contra Eccleſiam, nec inueniendo Ciues ſenenſes modum reconciliandi cum Chriſti Vicario Beatum elegerunt Ambroſium, qui à charitate, ac patriæ amore coactus, Romam venit, & in eminentiſſimorum Cardinalium conciſtorio ingreſſus, vbi Papa aderat, vt coram ipſis ſuam illam exponeret petitionem, tantus ſplendor a ſuo diuino emiſit vultu, quod omnes adſtantium oculos caligauit. quapropter confeſtim Pontifex, cum Cardinalibus ſteterunt, & priuſquam inciperet loqui. Dixit Pontifex. *Fiat voluntas tua*. Eccleſia. *Ambroſius in conſpectu* Eccleſia *ſummi Pontificis comparens propter*

ter

ter flammeis à facie ſplendores ejulantes, antequam ſuum proponeret ſermonem, ſtans Pontifex ait, fiat voluntas tua. Denique ei non defuit donum timoris, qui timor, via originis eſt omnium primus, ideò ſcriptum eſt. *Initium ſapientiæ timor domini.* Ratio eſt, quia via generationis, ſeù originis, priùs per timorem deteſtatur, & eijcitur malitia; ſicut Prouerbiorum, ſexto decimo dicitur. *In timore Domini*: & poſtea additur. *Operatur bonum.* Ex hoc timore impulſus glorioſus Ambroſius, vnionem pro Terræ ſanctæ recuperatione chriſtianis principibus perſuaſit, ita habetur in eius legenda. *Europeos Principes ad bellum, aduerſus Turchas pro Terra ſancta recuperatione, ſua perſuaſionis vi, inito inter eos ſœdere inflammauit*. Concludo, quod. *Si fortis Sanſon crevit puer, & ſpiritus domini cum eo.* Non minus diuinus Sanſon Ambroſius Sanſedonius, qui etiam. *Crevit puer, & ſpiritus domini cum eo*. Dicatur ergo glorioſus Ambroſius, magnus ſanctitate, magnus charitate, magnus pœnitentia, magnus prædicatione, magnus ſapientia, magnus intellectu, magnus conſilio, magnus fortitudine, magnus ſcientia, magnus pietate, magnus timore, magnus genere, magnus merito, magnus dignitate, magnus exemplo, magnus authoritate, magnus opinione, magnus fama, & magnus honoris immortalitate. Perſius.

Pſal. 110. Prouer. c. 16.

Horatio Berſi nella vita di S. Viuenzo canto 8.

Alberto il Magno c'hà la lingua piena
Di quanto la natura, e l'arte inſegna,
Ambroſio, che l'Hetruſca, e bella Siena
Di fama, e d'immortale honor fà degna.

Rerum cognitio (Docti) duabus rationibus redditur ardua, aut per nimiam paruitatem, aut per ſuperuacaneam magnitudinem, ideò non cognoſcitur materia prima, nec Diuina comprehenditur Eſſentia; de quibus magnus Diuus Pater Auguſtinus loquendo, dicere ſolebat. *Duo feciſti domine, alterum propè te, alterum propè nihil.* Et prò primo intelligebat. *Naturam Angelicam*; pro ſecundo. *Materiam primam*; per diuerſa oſtendendo principia, difficultatem cognoſcendi ambas. Igitur ſi tanta reperitur difficultas in acquirendo beatorum cognitionem per approximationem, quam ipſi habent, cùm diuina luce. Sicut ipſimet Cœli, quamuis ſplendore, ac lumine, ſint pleni; tamen nullum eorum cõparari poteſt quartæ ſphæræ, vbi fons lucis ſuum regale poſuit tabernaculum, radijs coronatum, aureiſq; flammis ditatum. Non ita diuinus Ambroſius, qui quamuis per ardentiſſimam charitatem fuit alijs, Deo, vicinior, vt eius ſacra narrat hiſtoria. *Ambroſius ardentiſſimè in Deum charitati, ſummam humilitatem coniunxit*. Et vt docet Diuus Thomas Angelicus. *Qui maiorem habet charitatem, maximopere*

D. Auguſt. prima ad Cori. c. 16.

mopere vnitur cum Deo, quemadmodum dixit Apoſtolus, *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt.* Inſtar ignis, qui taliter vnitur cum ferro, quod ferrum videtur tranſſuſtantiatum in ignem. *Talis (inquit Chriſoſtomus) erat anima Apoſtoli Pauli dicentis: Si charitatem non habuero, nihil ſum.* Ferrum, anima eximij Ambroſij, ignis, ſua ardentiſſima charitas, & ideò ſicut ferrum miſſum in igne, totum profectò ignis efficitur. Sic Ambroſius Sanſedonius, charitate ſuccenſus, totus factus eſt charitas; quàm volens in propria ſfera contemplare, vix natus, ſumma cordis dulcedine, Deum adorauit humanatum. *Ter Ieſu Saluatoris nomen infanti adhuc lingua pronunciauit.* Ac per hoc glorioſus mundo, atque huic Virgineo Cælo, ſanctitate illuſtris oſtenditur.

Chriſoſt. in homil. de laudibus Pauli, in conuerſ.

Vnde ad rem mihi videtur, id, quod dixit Diuus Ambroſius, loquendo cum Ieſu. *O domine, omnia in ſapientia feciſti.* Et tamen mundus non tibi genuflexit. Creaſti cælum, pinxiſti terram, illud ſtellis, hanc floribus ornando, & nemo te cognouit? Impleuiſti Mare piſcibus, & Aerem auibus, nihilhominus, tuæ bonitati, ſuum non humiliauit caput. Diuiſiſti diem à nocte, æſtatem ab hyeme, lucem à tenebris, & tuæ ſapientiæ non proſtrauit corpus? Paraſti cibum omnibus animalibus, & tamen ſuæ prouidentiæ noluit procumbere? Suſtinuiſti tribus digitis, imò ſolo verbo, totam mundi machinam, & modo, tuæ virtuti, nec oculos leuauit? Sed ſtatim, quod natura diuina aſſumpſit formam hominis, accepit formam ſerui. Ecce nomini tuo, non ſolùm omne genuflectitur, ſed omne cor, amore tui ardet, atque zelo conſumitur. Vnde victorioſus, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum triumphas. *Vt in nomine Ieſu omne genuflectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, quia cum in forma Dei eſſet, ſe ipſum exinaniuit.* Verùm, & in quo melius, & clariùs experitur iſta genuflexio, iſta adoratio, iſta reuerentia ſanctiſſimo nomini Ieſu, inter Paradiſi ſanctos, niſi in cæleſti Sanſone, dico diuino Ambroſio Sanſedonio, qui vix nato, eum adorauit, vix nato ſalutauit, vix nato predicauit. Vix lingua candidum ſugere poterat lac, & vix labia cædebant, vt cibum reciperent, quod illicò ter cæleſte ſubſtantiale cibum, dico cæleſte nectar, atque Paradiſi Ambroſiam diuinè guſtauit; qui quidem diuinus cibus, in hoc Cælo Virgineo, magnum fortemq; bellatorem Sanſonem, nimirum cæleſtem Ambroſium Sanſedonium ſanctum effecit. *Ter Ieſu Saluatoris nomen infanti, adhuc lingua pronunciauit.*

Ad Philip-pens. c. 2.

Sed ponderate mecum, Patres ſcripturales, hoc mirabile myſterium, quod in ſacris legitur paginis, & eſt, quomodo columbæ Noæ extra Arcam miſſæ, verificari poterit, quidquid de ea ſcribitur, nimirum. *Cum non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt in Arcam.* Quomodo eſt poſſibile, ò miſterioſa Auis, cum eſſent cacumina montium, iam detecta, & tu non inuenis ramuſculum, nec petram, nec truncum,

Gene. c. 8.

cum, nec herbam, vbi quieſcere fortaſſis reſpondere poterit columba. Simbolum ego ſum Spiritus ſancti: igitur, quomodo inuenirem vnquam ſuper ſuperba montium cacumina quiescem? Iſaias. *Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem?* Itaque expectaui donec exiccarentur inanes gloriæ, atque humiles apparerent, vt ſi in ſuperbis illis montibus non inueni, vbi pes meus requieſceret, in humiles conquieſceret valles, ſcilicet in corda humilium, eos prædicatores efficiendo, atque Deos. Igitur vbi quieuit diuina iſta Spiritus ſancti Columba. Dicite modo; in Aure huius fortis Sanſonis glorioſi Ambroſij Sanſedonij, muniti ab inuicta, & peregrina virtute ſuæ profundiſſimæ humilitatis, per quam cœleſti fuit Aureola coronatus! Cogitatum, ab Eccleſiæ authoritate confirmatum. *Beatum Ambroſium, concionantem aliquando, in aera ſublatum, quandoque oculis flammeos ſplendores ciaculantem, & ſæpè columbam tiuis auri aſſiſtentem, cæleſtiſque trinitatis coronam capiti inſidentem, non ſemel multi, conſpexere.* Docet diuus Thomas Angelicus, quod quanto magis effectus appropinquatur cauſæ, tanto magis de illius participat qualitate: ita pariter, qui magis appropinquatur igni magis calefit; qui plus appropinquatur lumini, plus videt. Dauid. *Accedite ad eũ & illuminamini.* Qui vicinior eſt aquæ fonti, plus qualitatis, ac humoris aquæ recipit. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Modò dico ſi Spiritus ſanctus eſt fons gratiæ. Ambroſius, in cuius Aure quieſcebat columba, idest Spiritus ſanctus, fuit Spiritui ſancto alijs vicinior, ac per conſequens cæleſtis humoris, ac diuini caloris, ac luminis habuit Spiritus ſancti plenitudinem. *Tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Sed peto, quænam aquæ ſunt iſtæ? dico aquæ lacrymarum. Eccleſia. *Ambroſius miſſæ ſacrificium, tanto animi ſenſu, tamque vehementi ſpiritus agitatione celebrabat, vt omnibus artubus, oſſibuſq; concuteretur, & vberrimis profuſis lacrymis in extaſim raperetur.* Et ſi diuina Spiritus ſancti Columba, vt ſermone ſecundo Pentecoſtes Abbas Guarritius aſſerit, ab aquis lacrymarum extracta fuit, dicens: *Puto, quia neque in Apoſtolis locum inueniſſet paraclito conſolatio, niſi quia lugebant ſe deſolatos: ideò in Columba apparuit, cum propriũ ipſius ſit gemitus.* Hæ lacrymæ certè diuini Ambroſij traxerunt Spiritus ſancti Columbam; Canente Dominicana Eccleſia *vberrimis profuſis lacrymis Columba eius auri aſſiſtens.* Vnde Spiritus ſanctus proſpiciens diuinas formoſitates diffuſas in Patriarchas, Prophetas; Apoſtolos, Euangeliſtas, martyres Pontifices, Confeſſores, & Virgines. Eaſdem ſimul voluit (ò mirum) vt in hoc cæleſti Sanſone Ambroſio Sanſedonio refulgeant. Et videtur dicere: *Ecce tu pulcher*, es dilecte mi Ambroſi, fide, & meritis egregie, atque charitate ineffabili, ſed vnde hoc? ſubiungit cum ſeptuaginta interpretibus. *Dic proximus meus.* Quaſi diceret.

Margin notes (left): Iſaias c. 66. — Eccleſia Dom. — Pſal. 33. — Pſal. 1.
Margin notes (right): Eccleſia Dom. — Guarri ſer. 3. Pentec. — Septuag.

ret.

tet. Scis vnde tanta oritur pulchritudo? Ex propinquitate æternis fonti; nempe ex Columba Spiritus ſancti eius auri aſſiſtenti, ideò. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, quia tu es proximus meus.*

Sed res mira, voluit vna vice multum appropinquari Moyſes, quando Exodi tertio, apparuit Dominus in flamma ignis de medio Rubi, & dice-

Exod. 3. bat intra ſe: *Vadam, & videbo viſionem hanc grandem, quare non comburatur Rubus.* Sed videns Deus, quod multum appropinquando, ad mortem properabat. Vocauit eum de medio Rubi, cui dixit: *Ne appropies huc.* O inclyte, ô inuicte, ô diuine Sanſon, Ambroſi Sanſedoni. Tu non audiſti: *Ne appropies huc*: Sed potius: *Ecce tu pulcher es proximus meus.* Itaque appropinquaſti igni Spiritus ſancti, cum ipſe ſit ignis diuini amoris. *Igneis linguis apparuit.* Et miro modò totus ardebas, ſed non vrebas, ignem amplexabas, ſed non conſumabaris. Immo velut cæleſtis ſalamandra inter proprias flammas viuebas. Vnde poteras dicere cum Hyeremia: *Et factus eſt in*

Hyerem. c. 20. *corde meo, quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis, & defeci, ferre non ſuſtinens.* Et benè ex eius oculis videbatur quidquid intus latebat, vt in-

Eccleſia quit Eccleſia. *Ex oculis flammeos ſplendores eiaculabatur.* Quemadmodum fornaciarius ad reducendum marmores in pulueres, & ad torquendum ferrum, & admoderandum æs, tam ardentiſſimos ſolet accendere ignes: Sic pariter Spiritus ſanctus accendit in corpore vtis in anima tua fornacem ita ardentem, quod totus eras flamma, & ignis, incendium, & ardor. *Ex oculis flammeos ſplendores.* Erat cor peccatoris marmor per obſtinationem: ferrum per duritiem, æs per pertinaciam. Et eccè remedium à Spiritu ſancto inuentum. Tantam gratiam abundanter huic diuino Ambroſio communicauit, quod quamuis cor peccatoris lapideum fuiſſet, vix ad eum appropiando, quod ſtatim culparum veniam non cōſequeretur. Audite Eccleſiã. *Popularium, & malorum vitia acriter, non minus* Eccleſia *quam liberè redarguebat, ac mira* Dom. *efficacia auditorum animos ad pœnitentiam impellebat. Boemicam ſectam, in varijs Germaniæ partibus graſſantem deſtruxit.* O inclyte Ambroſi, ò prodigium huius Cœli Virginei.

Neque hic terminum habuit Spiritus ſancti gratia, qui ſingulari in eum aſſiſtebat prouidentia, cum qua de crudeli triumphando Dracone, qui per inſtinctum naturale (vt naturales ſcribunt) Elephantem ad mortale bellum prouocat, propterea ab ardenti igne, qui intus viſcera fouet, recentem crudelis feræ ſanguinem ſugere cupit, quaſi ſalutaris medicina, ſuæ voracitati appropriata. Quapropter eum obſeruat, per denſam ſyluam quærit, à profundis antris expectat, eius veſtigia ſequitur, & quando ipſi videtur, quod Elephans eum aſpicit, ſtatim ſe erigit, modò ſe abſcondit, modò viſu deperdit, modò euidenter videt. Interim armatur ſquamoſo thorace, acuit ferreos dentes, acuminat duras vngues, emittit

conta-

contagioſum ex ore fumum, vibrat ex oculis iacula, ferox irruit ad pugnam, iracundus ad luctam, & impetuosè ſuper ipſum cadit, cum plangit, mordet, ferit, denique recentem ſanguinem bibit. Elephans verſa vice magnam ſui corporis molem excutit, & inimicum aſpiciens, horribilem in modum iam promptus ad pugnam ſe oſtendit, non timet, non turbatur, nec fugit, ſed lanceam ſui niuei dentis acuminatam impugnat, tubam obliqui Naſi eleuat, & cum ſuæ rauco ſonitu vocis, inimicum ad bellum prouocat, & paulatim cadendo, nec non ſuper hoſtem cadendo, cum ſua altæ corporis mole, cum comprimendo, ſub latere, ipſum occidit.

Verùm, quis meliùs repræſentare poteſt Elephantem, niſi iſte diuinus, & iniuctus Sanſon, Ambroſius Sanſedonius, contra ferocem Draconem, nempe ſatanam, communem inimicum. Armat ſe ipſum ad inferendam ei mortem, ſtatim vbi ipſum videt, quaſi phreneticus currit ad enſem ſui dulciſſimi Ieſù: furioſus ex oculis flammas per lacrymas coruſcat: os ſanguine tingit, propter animarum ſalutis zelum, mordet digita, minando obſtinatis in peccato, dentibus ſtridet, Dei prædicando verbum; vultu incenditur, per feruentem orationem: fremit, ſuſpirat, minatur, pede terram percutit, repræhendendo, conuertendo peccatores, quam ob rem ad vindictam contra inimicum Draconem cōfeſtim volat. Eccleſia.

Eccleſia Dom. *Diuus Ambroſius videns Dæmonem (qui Apocalypſi Drago nuncupatur) perdere peccatores, ira eum inuadit, quod dum ſenis conſideraretur, & in feneratores, ardentiſſimo Zeli æſtu percitus vehementiſſimè inueheretur, ipſum (eos ad Chriſtum conuertendo.) vicit, atque ſuperauit.* Apocaly. c. 12.

Emulando in hoc, cum Ercule diuinæ ſcripturæ Sanſone, qui ſi adoleſcentulus Spiritus ſancti auxilio, Leonem vicit, dum eundo ſimul, cum patre, & matre verſus Ciuitatem Ionatæ ad ibi celebrandum nuptias, cum ſua cara, & dilecta ſponſa: Sanſon videns lentum paſſum ſuorum genitorum, paululum feſtinauit; ſed vix ab eis duo millia diſiunctus, quod à feroce Leone inuaſus, ſine vlla animi perturbatione, imperum non recuſauit, & poſt lungam altercationē, cum deniquein capite percuſſit, & ſemiuiuum in terram reliquit, & quia totaliter mortuus non erat, in duas poſtea partes dilacerauit. Ita iudicum, quarto decimo. *Sanſon cum Patre ſuo, & matre, cum veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus Leonis, ſæuus, & rugiens, & occurrit ei, irruit autem Spiritus domini in Sanſon, & dilacerauit Leonem quaſi edum.* Iudicum c. 14.

Non minus, immo eximiori debet coronari Aureola, cæleſtis Ambroſius Sanſedonius, qui adoleſcens in hoc Cælo Virgineo, velùt Sanſon Spiritu ſancto repletus, non vna vice, ſed multoties, de feroce triumphauit Leone, de quo Apoſtolus Petrus ait. *Fratres ſobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus, tamquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* ſed in quo loco triumphauit? 1. Petri 5.

Eccleſia Dom. phaniæ etiam in via, ita Eccleſiæ. *Adoleſcens prædicatorum ordinem amplectitur, ad Pariſienſe ſtudium miſſus. Dæmonem ſub Eremitæ ſpecie, ipſum à religioſo inſtituto fallacibus rationibus dehortantem, de tectis inſidijs, eo in itinere ſuperauit.*

O Ambroſi, ò Paradiſi Ambroſia, certè nunquam iſta mea inutilis oratio pertingeret finem, ſi omnia tua encomia, omnia prodigia, omnes ſingulas tuas virtutes enarrare vellet. Excuſat quæſo pietas tua debilitatem mei imperfecti talenti. Et te deprecor, quod ſi dulciſſimus Ieſus; amore tuî, in tranſitu benedictæ animæ tuæ, ex hoc mundo ad cæleſtem gloriam. Quinque millia liberauit animas è Purgatorio; fac quoque tua interceſſione, quod nos liberat à laqueis Diaboli, & perducat ad vitam æternam. Amen. in eius vita.



HIEROGLYPHICVS GLORIOSI PATRIS AC BEATI IACOBI SALOMONII

Sacri Ordinis Prædicatorum.

CÆLVM VIRGINEVM

Eccleſia *IACOBVS SALOMONIVS VIRGINITATEM PERPETVO ILLÆSAM CVSTODIVIT.*

ARGVMENTVM.

ECCE PLVSQVAM SALOMON HIC.



NON ſit, qui neget, quod inter omnes virtutes, non minus pretioſæ, & excellentes ſint quatuor Cardinales, Prudentia, ſcilicet, Temperantia, Iuſtitia, & Fortitudo. Cardinales appellatæ, quia ſunt omnium perfectarum operationum fundamentum. Nam prudentia

viam

viam inuenit benè operandi. Temperantia obſeruat modum. Iuſtitia præſtat ordinem. Fortitudo longe aduerſarios retinet. Vnde ſicut materialis lux, purgat, illuminat, ornat, & firmat: pariter lux ſpiritualis, cum temperantia purgat, cum prudentia illuminat, cum iuſtitia ornat, & cum fortitudine firmat. Quorum præmia erunt dotes corporum glorioſorum, ideſt, claritas, agilitas, ſubtilitas, & impaſſibilitas; Claritas pro prudentia; Impaſſibilitas pro iuſtitia; Subtilitas pro temperantia. Agilitas pro fortitudine. Claritas pro prudentia, quia omne facinus manifeſtat; Impaſſibilitas pro iuſtitia, quia nunquam deficiet; Subtilitas pro temperantia, quia facit hominem extenuatum; Agilitas pro fortitudine, quia à nemine obſtari poteſt. In famoſiſſimo Salomonis throno, excellente per marmos, prætioſo per aurum, odorifero per lignum cædri, & mirabili per architecturam, in quo virtutes iſte Cardinales, ſublimè ſculptæ videntur. Nam prudentia reſplendet in Aquila, quæ volatu ſuper nubes extollitur. Fortitudo in Leone, quadrupedorum rege. Temperantia in effigie hominis, beneficentiæ Hieroglyphici, denique iuſtitia, in boue ſanctitatis, & religioſi cultus ſimulacro. Vnde dixit Plinius, libro octauo, capite quadrageſimo ſexto. *Ex, boue victima opima, & lautiſſimà Deorum placatio*. Hæ virtutes in throno Salomonis ſculptæ, claris luminibus in ſua refulgent perſona, nam de temperantia, inquit. *Cogitaui abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam*? De prudentia ait. *Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri*. De iuſtitia affirmat. *Abominabiles regi, qui agunt impiè, quoniam iuſtitia firmatur ſolium*. Et de fortitudine dicit. *Fortitudo, & decor indumentum eius*. Comparet hodie, ò docti; magnus Salomon. *Ecce pluſquam Salomon hic*. Dico glorioſus Pater Beatus Iacobus Salomonius, obſcurando, cum ſplendoribus harummet virtutum, in conline comparatione impræſſarum, pulchrum, & lucidum, throni Salomonis, caliginoſi propter tenebras impudicæ, & horridæ libidinis, ſicut ipſemet Eccleſiaſtici ſeptimo affirmat, dicens. *Luſtraui vniuerſa animo meo, & inueni mulierē, quæ laqueus venatorum eſt*: Quapropter triumphans, & glorioſus oſtenditur Iacobus Salomonius in his virtutibus ſemper illuſtris, ſemper eximius, ſemper diuinus. *Ecce pluſquam Salomon hic*. O felix Venetia, quæ talem, ac tantum meruiſti heroem. Marinus.

Plinius lib. 8. c. 26.

Eccleſiaſt. 2.

Prouer. c. 20.

cap. 16.

cap. 31.

Eccleſia c. 7.

Vn ciel ſei tu di mille lumi adorno
Donna inuitta del mar reggia ſicura
Del'alato Leon diletto, e cura
D i magnanimi Eroi nido, e ſoggiorno.

Per

Marino nelle rime heroiche.

Per farti al ciel con meraviglia, e ſcorno
Del ciel emula in terra à te natura.
Diè di criſtallo à par del ciel le mura
E di zaffiro i fondamenti interno.

Onde nel molle tuo liquidò ſuolo
Librata foſſi à qual più ſtanco legno
Tranquillo porto, e luminoſo Polo.

E certo à tanti tuoi d'armi, e d'ingegno
Trionfi, e preggi vn'elemento ſolo
Fora picciol ricetto, e fral ſoſtegno.

Qualis, & quanta ſit gloria, fælicitas, & eminentia, vitæ, mortis, patientiæ, tentationum, laborum, & victoriarum inclyti Patris, Beati Iacobi Salomonij, cum potenti harum medio, mirabilium virtutum, atque aliarum innumerabilium, egregiè à Dominicana Eccleſia manifeſtatur; quæ de ſuis loquendo virtutibus cantat; *Iacobus Salomonius virtutes omnes, quæ ex diuina liberalitate acceperat, diligentiſſimè obſeruabat.* Vnde ſi de virtute prudentiæ quemadmodum alijs de omnibus, fidele petitis teſtimonium; quale maius eiuſdem Eccleſiæ? quæ ſuam magnam noſtri ſancti laudando prudentiam, affirmat, quod nunquam fuit adulator, nec detractor, immò loquendo ſemper cum Deo, aut de Deo, ſæpè dictum diui Hieronymi repetebat: *Felix lingua, quæ non nouit, niſi de diuinis texere ſermonem.* Si de virtute temperantiæ. *Iacobus Salomonius ſanctiſſimè vixit, ſola contemptione voluptatis, contentione virtutis.* Si de virtute iuſtitiæ *Iacobus animarum ſalutis negotium; nunquam Dei operoſo miniſtro fuit otioſum.* Si de virtute fortitudinis. *Beatus Iacobus in malorum tolerantia inuictiſſimus.* Dicatur ergo. *Ecce pluſquam Salomon hic*; Quia ſi in illo, virtutes iſtæ vmbratæ fuerunt, in eo lucidiſſimorum inſtar ſyderum reſplendent.

Eccleſia

D.Hieron.

Eccleſia

Eccleſia

Pulcherrimus æmulatio certè. Salomon nobilis, potens, diues, ſapiens, gratioſus. Beatus Iacobus Salomonius, inter nobiles, nobiliſſimus; inter diues, ditiſſimus; inter formoſos, gratioſiſſimus; inter ingenioſos, acutiſſimus inter caros, amabiliſſimus; inter Virgines puriſſimus, inter doctores, ſapientiſſimus, & pœnitentes ſuccedentes, religioſiſſimus Eccleſia. *Iacobus Salomonius Venetus, nobiliſſima familia natus, mirificos in literis, ac pietate progreſſus fecit, patrimonium in pauperes diſtribuit, virginitatem cuſtodiuit, humilitatem ſeruauit, in Sacramento pænitentiæ adminiſtrando, ex ipſius oculis lacrymarum fontes ſcatebat.* Mirabilis ſcribit Salomon parabulas. Beatus Iacobus ſuo ſcripto parturientes ſanabat, Salomoni dictum ſuit.

Eccleſia Dom.

Beati viri tui,& beati ſerui tui, qui habitant coram te ſemper. Beato Iacobo dederunt titulum
Ecclesia Patris pauperum. *Charitate in proximos præcipue pauperes, ita ardebat, vt pater pauperum communi elogio diceretur*. Habuit Salomon infinitos thæſauros. Beatus Iacobus ditiſſimus, ita ut totum ſuum patrimonium pauperibus diſtribuit. Eccleſia.
Ecclesia *Vt nudus, nudum Chriſtum ſequeretur, patrimonium in pauperes diſtribuit*. Salomon duxit in vxorem filiam Regis Aegypti. Beatus Iacobus adoleſcentulus, huius Virginis Cæli, dominicanæ religionis, amore languebat. *In ipſo ineuntis ætatis*
Ecclesia *flore, parentibus [illegible], prædicatorum [illegible] elegit*. Salomon appellatur amabilis Deo. Beatus [illegible] ſemper cum Deo, aut de Deo loquebatur. Eccle-
ſia. *In eius ore, non niſi Deus, ac* Ecclesia
diuina verſabantur. Salomon Dom.
iuxta ſui nominis hethimologiam, pacificus, dicitur. Beatus Iacobus Salomonius, idem ſignificat. Salomon, Eccleſiaſtes, idest prædicator; Beatus Iacobus etiam prædicator, de quo legitur. *Ego autem conſtitutus ſum à Deo, prædicans præceptum eius*. Salomon tantam habuit ſapientiam, quæ arenæ maris comparata fuit. Et Beatus Iacobus, cum aſſiſtentia Spiritus ſancti Columbæ, non ſolum habuit ſapientiam excedentem arenam maris, ſed per aſſiſtentiam columbæ Spiritus ſancti, infinitatem habuit ſapientiæ. Eccleſia. *Sæpè illius humeris in-*
ſidens columba, roſtro in eius au- Ecclesia
res immiſſo, ſenſibiliter apparuit. Dicamus ergo. *Ecce pluſquam Salomon hic*. Marinus.

Spieghi Columba altera
Il leggiadro monile
De la gola pompoſa al nouo lume.
Apra la ricca sfera
Pauon vago, e gentile
De le [illegible] ambitioſe piume
Scopra, [illegible] ha coſtume,
Il pur[illegible] diadema, e i vari fregi
De la teſta, e de l'ale
Fenice [illegible]
Che qualunque più 'l mondo ammiri, e pregi
Tra m[illegible] e di natura
Pomp[illegible] ſo' queſta ogni altra pompa oſcura.

Dixi *Ecce pluſquam Salomon*, quia Beatus [illegible] fuit ſanctus in operibus, [illegible] in verbis; [illegible] cæleſtis [illegible] ſapiens in [illegible] prudens in negotijs pius in affectu; liberalis in beneficijs; moderatus in ſupplicijs, magnanimus in gratijs. *Ecce pluſquam Salomon hic*.

Salomon benè de remedijs contra noſtræ carnis infirmitatem ſcripſit, quamuis ſibi ipſi non profecit, ſicut teſtificat

Ana-

Anali.Niſſ. Anaſtaſius Niſſenus; *ſed ecce plus quam Salomon hic.* Ecce noſter diuinus Salomon iugiter vnguento prouidebatur contra cordis morbos; Eccleſia. *Scripto, profeſſus ſe ægris animis curationem adhibere, & hoc cum maxima facilitate, nempe ſolo verbo, ægris animis curationem adhibebat.* Eccleſia

Fecit magnus Salomon, iam completa, & perfecta mirabilis templi fabrica prolixum totius populi præſentiæ ſermonem, dicendo, hic eſt portus ſalutis; nauale armorum contra inimicos; promptnarium cæleſtium bonorum; granarus populi; Ærarius gentium; caſtrum refugij in calamitatibus, & domus benedictionis; hic inueniet Innocens anchoram ſpei; iniquus ſupplicium: ſi cælum, nec rorem, nec pluuiam amplius non emittet, hic dominum orando, ſtatim ſalutares vndabit aquas: ſi populus propter ſua peccata ab inimicis erit tribulatus, hic humiliter, & cum cordis dolore, ad Deum conuerſus, optatam inueniet clementiam; & pietatem; ſi lues, ac fames veniet, in hoc ſacro loco, omnem reperiet abundantiam.

Sed cum eo noſter Salomonius emulando, ſeu competendo, maiori zelo, immo altiori libertate ad ſublimem Dei domum fideles conuocat, & inuitat, eos dirigens, cum facula præcepti Euangelici hortantis ſequi nudi veſtigia Chriſti. *Iacobus Salamonius euangelico accepto conſilio proximos ortabat, vt nudi, nudum Chriſtum ſequerentur.* Promittens eis, quod ſua domus eſt ſpiritualibus plena delitijs, cuius ripoſituræ cæleſtibus abundant diuitijs, cuius menſæ ſunt plenæ, Paradiſi immenſa dulcedine; cuius aulici ſunt Angeli, cuius ſedes non habet terminum, cuius potentia caret menſura, cuius ſapientia eſt infallibilis; cuius formoſitas ab omnibus admiratur: volens in hoc diuinus Iacobus, quamuis humilliſſimus, ſe vigilantem oſtondere miniſtrum huius ſumptuoſi palatij, in adminiſtratione Sacramenti pænitentiæ. Ecclaſia. *In Sacramento pænitentia adminiſtrando nunquam miniſtrum otioſum fuit.* Eccleſia Dom.

Et ſi miniſter concurrit ad gratiam, vt cauſa miniſterialis, quando dicit. *Ego te abſoluo, ego te baptizo.* Sicut docet Concilium Tridentinum, ſeſſione ſeptima, canone vndecimo. Et Sotus in quarto ſententiarum, diſtinctione prima, quæſtione quinta, articulo primo. Et diſtinctione quarta decima, quæſtione prima, articulo tertio. Et diſtinctione decima octaua, quæſtione prima, articulo primo. Nauarrus in capite primo, in principio, numero quinto decimo, de pænitentia, diſtinctione ſexta, & alij. Modo facite conſequentiam, quod quamuis effectus Sacramenti conſequitur per meritum paſſionis Chriſti, & per formam Sacramenti; attamen deuotio, & bonitas miniſtri, multum operatur ſaluti pænitentis, vt docet diuus Iacobus Apoſtolus, capite vltimo ſuæ epiſtolæ, vbi inquit. *Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini, multum enim valet depracatio iuſti aſſidua.* Et idem affirmat diuus Pater Auguſtinus, tractatu quinto in Ioannem,

Concil. Tridēt. ſeſſ. 7. cano. 11. Sotus in 4. ſenten. diſt. 1. q. 5. ar. 1. & diſt. 14. q. 1. ar. 3. & diſt. 18. q. 1. art. 1. Nauar. in c. 1. nu. 15. de pænit.

D. Iacob. Apoſt. cap. vlt. ſuæ epi.

D. Auguſt. tract. 5. in Ioan.

nem, iuxta medium, capite, aliud. *Quod oratio boni miniſtri poteſt prodeſſe ſuſcipienti Sacramentum, nempe, vt pœnitens benè vtatur gratia accepta per Sacramentum, vel perſeuerat in iuſtitia,& ſanctitate vitæ.* Concludo, Docti, percontando; quis ex his duobus Salomonibus fuit dignior Dei miniſter? ſupefluã certè iudico reſponſionem, dum à vobis eſt iam præuiſa: dicam ſolum, quod Deus ita ſingularibus,ac peregrinis gratijs,diuinum dorauit Iacobum, quod dicitur. *Ecce plusquam Salomon hic.*

Chriſt. in pſal. 44. Chriſoſtomus loquendo de domini gladio ait. *Hic eſt gladius eius,ſpecies eius, pulchritudo, authoritas, gloria, maieſtas, & magnificentia:* quaſi diceret,cum hoc gladio, ô Domine, vulnerabis corda, & non corpora, acquires voluntates,& non fortes Arces, ſubijcies Eccleſias, non ciuitates: cum armis amoris, & non timoris,veſtri Regni poſſeſſum obtinebis, fauendo, non vulnerando, amplectendo, non eiciendo, cum clementia, non cum vehementia: *Gladius eius, pulchritudo eius.* Concludit

Gilber.ſer. 19. in cant. ergo Gilbertus Abbas, quod neceſſe eſt, ſit amabiliſſimus cæleſtis iſte Salomon, quia non eſt poſſibile tantum amari, quantum ipſe eſt amabilis. *Totus amari vult, qui totus meretur amari.*

Modo ſcripturales,vos iudices,& arbitres quæro, inter hos duos riuales Salomones, riuales dico, circa pulchritudinem cæleſtis Salomonis. Duos dixi Salomones,nempe Salomonem Regem Iſrael filium Dauid, & eximium Iacobum Salomoniũ. Primus, vix ſolij realis poſſeſſum habuit,qui non clementia, ſed vehementia, non dulcedine,ſed amaritudine, non gratia, ſed infortunio vtens, apud quem, locum, maternæ ſupplicationes, amicorum præces, ſapientum conſilia, non habuerunt, quia vix coronatus Rex, ſtatim occidere fecit Adoniam, atque Ducem Ioab, & Semei. Ita tertij Regum ſecũdo. *Appropinquauerunt autem, dies Dauid, vt moreretur, præcepitque Salomoni filio ſuo, dicens, Ego ingredior viam vniuerſæ terræ, & confortare, & eſto vir, & obſerua cuſtodias Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius. Dormiuit igitur Dauid, cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid: Salomon autem ſedit ſuper thronum Dauid Patris ſui, & firmatum eſt regnum eius nimis: Venit ergo Bethſabea ad Regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia &c. Reſponditque Rex Salomon, & dixit matri ſuæ, quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ? poſtula ei & regnum; Iurauit itaque Rex Salomon per Dominum dicens, hæc faciat mihi Deus,& hæc addat, quia contra animam ſuam locutus eſt Adonias verbum hoc, & nunc viuit Dominus, quia hodie occidetur Adonias; miſitque Rex Salomon per manum Benaiæ, filij Ioiadæ, qui interfecit Adoniã: aſcẽdit poſtea Benaias filius Ioiadæ in templũ Domini,& interfecit Ioab: poſtremo iuſſu Rex Benaiæ filio Ioiadæ, qui egreſſus percuſſit ſemei.* 3. Regum ca. 2. Sed inclytus Iacobus Salomonius cupidus ſe cæleſti conformare. Salomoni, à quo quanto plus Rex Salomon ſeparabatur, tanto magis ipſe, media charitate appropinquabatur; per quam

quam proximorum corda vulnerauit, acquiſiuit voluntates, non Arces, ſubiecit Eccleſias, non ciuitates. Eccleſia. *Iacobus Salomonius charitate in Deum, & proximos præcipuè pauperes, ita ardebat, vt Pater pauperum communi elogio diceretur*. Ergo optimè dicitur. *Ecce pluſquam Salomon hic*. Et tu gaude fælix Venetia tanti Patris gloria. Cælius magnus.

Eccleſia Dom.

Tu giuſta, & ſaggia, e pia
Tu d'ogni altra virtù trionfo, e palma;
Tu Vergine, e Reina inuitta, & alma,
Porto di libertà, ſpecchio d'honore
E tal, che, chi, di te naſce, entro al ſeno
Paradiſo terreno
Fà dubbiar qual ſia gratia in lui maggiore
O'l naſcer Huom nel mondo, ò l'hauer nido
In sì felice e glorioſo lido.

Celio Magno nelle canzoni.

Dixit Salomon, Eccleſiaſtici duodecimo. *Verba ſapientis quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi*. Sed, quis magis ſapiens, noſtri magni Iacobi Salomonij? cuius verba tamquam ſtimuli punxerunt negligentes tamquam claui traſfixerunt obſtinatos. Tamquam ſtimuli illis, qui lentè ambulabant in via Dei; tamquam claui illis, qui, cum pertinacia immobiles ſe oſtendebant; ſtimuli ſopitis, claui inſenſatis. Sunt ſtimuli, quando virtutis formoſitatem repræſentant, & cauſant amorem. Sunt claui, quando excitant vitij enormitatem, & cauſant orrorem. Similium, immo maiorum effectuum fuerunt occaſiones, noſtri eximij Salomonis verba, dico magni Iacobi Salomonij. *Verba ſapientis, quaſi ſtimuli, & quaſi claui*. Ergo Ecce pluſquam Salomon hic.

Eccleſiaſt. c. 12.

*D*iuus Pater Ambroſius inquit, quod mos erat apud Iudeos, pueros in medio platearum, duas facere congregationes. Vna earum, huius vitæ miſerias flebat; alia ridendo, eas deludebat. Modo pertranſeundo Ciues, nil penitus obſeruabant, ſcilicet nec ridentes, neq; flentes, vnuſquiſque ad propria incumbebat negotia. Ambroſius lib. 2. de penitentia c. 6 *Vilis ſermo, ſed non vile myſterium, hoc eſt myſterium; Cantauimus vobis & non ſaltabis, hoc eſt, non eleuaſtis animum ad ſpiritualem gratiã*. O amentes, ò inſenſati, ait Spiritus ſanctus, ſcitis, quod non inuenio amplius modum conuertendi vos; dum ridens, & feſtinus, ſub ſpetie candidæ colũbæ vobis ſæpe comparui, in humeris huius mei cariſſimi ſerui Iacobi Salomonij. *Sæpè illius humeris, inſidens columba, roſtro in eius aures immiſſo, ſenſibiliter apparuit*. Et in vanum laboraui, immò, meam conculcaſtis gratiam. *Cantauimus vobis, & non ſaltaſtis, hoc eſt non eleuaſtis animum ad ſpiritualem gratiam*.

D. Ambroſius lib. 2. de pen. c. 6.

Eccleſia

Sed peto, de quibus, mors timet? quibus parcit? quis gloriari poterit, eam ſubigiſſe pecunijs, aut armis? certè nullus. Ita

valida, vt mors eſt charitas. Simmacus traducit. *Inexpugnabilis, vt mors*. Diuinus Iacobus Salomonius, quibus vnquam coluit? quos timuit? quis poterit gloriari, zelotypium placauiſſe amorem, huius inuicti amantis? neque vnus inuenitur. Vnde ſi turbulentiæ contra Eccleſiam inſtar exercitus armati, omne cor exanimare ſolent, vt docet Cantica, capite ſexto. *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata*. Vatablus legit: *Formidabilis, vt acies inſtructa*. Iacobus Salomonius, quamuis obſeſſus videbatur, tempore, quo animarum ſalutem quærebat, nihilhominus vigilantiſſimus oſtenſus eſt miniſter. Eccleſia. *Iacobus animarum ſalutis negotium, nunquam Dei operoſo miniſtro fuit otioſum*. Et cum gladio Sacramenti pænitentiæ intrepidè mortem non timuit, qui amore languebat. Eccleſia. *In Sacramento pænitentiæ adminiſtrando, mortem non timuit, qui languebat amore*. Timent parentes, tremunt amici; ſed, qui ardet amore, totum non timet infernum. Ita diuus affirmat Bruno, ſermone quinto de confeſſoribus. *Sic enim, præcinctus eſſe oportet, qui Salomonis cuſtodiunt lectum, lectus Salomonis eſt Eccleſia, illius videlicet Salomonis, qui ait. Ecce pluſquam Salomon hic.*

Simmacus. Cantic. c. 6. Vatablus. Eccleſia. Eccleſia. D. Brun. ſer. 5. de confeſſ.

Regnum Salomonis per tot titulos famoſum, & memorabile, non excedit, vt ſacra narrat ſcriptura, numerum quadraginta annorum. Sed Ioſeph hębreus octuaginta, aſſignat, dicens. *Salomon, iam admodum ſenex moritur, exactis Regni, anni octoginta*. Verum in hoc calculo, maximus videtur error; quapropter venite mecum in ſecundo Regum, vbi quadraginta annis Saul regnauit, ac ſceptrum defendit Paleſtinæ: in qua diuerſos debellauit populos; ſuę ſubegit coronæ, prouincias, & regna; ſecum duxit ecronatos Reges, extinxit eſercitus; leges nationibus poſuit extraneis; formidabilis inimicis euaſit; glorioſus ſubditis; & tamen ſacer Croniſta non amplius, quàm, duos, ſui regni, aſſignat annos, dicens. *Duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael*. Nonne iſta eſt manifeſta contradictio, ſimilis, cum illa Regis Salomonis?

3. Regum c. 11. Ioſeph lib. 8. antiqui. c. 3. 2. Regum 13. c. 2.

Sed quæſo, non vobis diſpliceat, aliam non minus curioſam audire. In quarto Regum, octauo. Et in ſecundo Paralipemenon, vigeſimo ſecundo. In quarto Regum octauo, volebat Spiritus ſanctus, nobis oſtendere, quis erat Rex Ioram, & quot annis in Iſrael regnauit, & dicit, quod quando iſte creatus fuit Rex, triginta duorum annorum erat, & regnauit octo annos. Totum oppoſitum lego in libris Paralipemenon; vbi idem Spiritus ſanctus, loquendo de iſto Rege, & de Ochozia ſuo filio, inquit, quod quando mortuus eſt Ioram; Ochozias eius filius, quadraginta duorum annorum erat.

4. Regum c. 8. 2. Para. c. 22.

Docti, veſtra indigeo doctrina, pro huius dubij ſolutione, quia ſi Ioram quando creatus fuit Rex, triginta duorum annorum erat, & regnauit octo annos; igitur quando mortuus eſt, habebat quadraginta: quomodo ergo dicit Spiritus ſanctus, quod Ochozias eius filius,

quando mortuus eſt Ioram, quadraginta duos annos habebat; ergo filius, duobus annis erat ſenior Patre. Res certè vſque modo non intellecta; quod filij ſint patribus ſeniores.

Attendite; non eſt verum, quod quando mortuus eſt Oram, ſolum quadraginta habebat annos, ſed ſexaginta. Nec eſt verum, quod regnauit octo annos, ſed viginti octo, ſed quia octo annos ſolum, vixit amicus Dei, ideò ſolum in hoc tempore, dignè vocari poterat Rex: quamobrem, Spiritus ſanctus dixit, quod imperauit octo annos. Alios in quibus nequiſſimè vixit, non memorat, quia tanquam peccator, titulo Regio indignus erat. Neque etiam eſt verum, quod Ochozias eius filius, quando mortuus eſt Pater, quadraginta duorum annorum erat, quia tantummodo viginti duos habebat; ſed nè memoria annorum Regum Iſrael amitteretur, quid fecit Deus; dedit filio innocenti, illos viginti annos, quos tulit Patri peccatori. Teodoretus.

Teodor. ibi *Triginta duorum annorum erat Ioram, cum regnare cœpiſſet, & vixit ſexaginta, octo innocenter, quos ſcriptura commemorat: viginti vero in impietate tranſegit, & ob id à ſacra ſcriptura ommittuntur; tribuuntur tamen Ochoziæ eius filio, nè tantorum Regum memoria aboleatur.*

Modò ſumite prætermiſſum dubium, Regis Saul, & ſcietis, quod ipſe in illis primis duobus annis Regni, exiliauit virtutem, ac debitam Deo venerationem, & infinita coaceruando vitia, & peccata, ſe ipſum perdidit. Vnde illi triginta, & octo anni non numerantur inter dies vitæ ſuæ, neque regni: peruenit ipſe ad ſeniorem ætatem, ſed mortuus eſt iuuenis, & meritò quia quemadmodum ob eruat diuus Pater Gregorius. *Illa tempora, quæ in ſæculi vanitate, & fluxa carnis, vitam conſumpſimus, quaſi perdita minimè memorantur.*

Ecce iam ſoluta difficultas Salomonis: & certè res digna admiratione eſſet, quod hiſtoricus, ita famoſus, ſicut fuit Ioſeph in hunc manifeſtum vellet cadere errorem. Si Teodoretus hos duos conferendo textus, eos non concordaſſet, inquiens, quod Ioſeph numerauit annos, ſecundum vſum vulgi; loquutus eſt ſecundum communem idiomatem. Sed author Regum hiſtoriæ loquutus eſt ſecundum ſtylem ſacræ ſcripturæ, quæ ſolummodo illos numerat annos, quos in gratia Dei impendit. Teodoretus. *Ex ſtimo hunc quidem Ioſephum ſimul numeraſſe omnes annos, illum autem authorem libri Regum, eos ſolos, quos tranſegit in impietate, & non vera religione.* Teod. qne. 37 in 3. lib. regum. Dum Salomon à præceptis non declinauit paternis, dùm viam ſequutus eſt virtutis, vixit, & fuit Rex, ſed dando ſe poſtea in prædam ſenſuum, & voluptatum; propriè loquendo, dici non poterat, quod ipſe viueret, quia ſola illa in annalibus Paradiſi eſt vera vita, quæ bonis operibus applicatur. Alij vero dies tranſeunt, & non ſunt, & ſi ſunt ſolum ſunt ſecundum vulgi opinionem, qui ſecundum ſenſum iudicat, & non ſecundùm rationem.

Vnde in hoc ſenſu loquendo

Salo-

Prouer. c. 7. Salomon in Prouerbijs, capite ſeptimo, ita eum pingit. *De feneſtra mea per cancellos proſpexi, & vidi paruulum vecordem iuuenem, qui tranſit per plateas iuxta angulum, & propè viam domus illius graditur in obſcuro, aduefpraſcente die, in noctis tenebris, & caligine. Ecce mulier occurrit illi, in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garula, vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians, apprahenſumque deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens. victima pro ſalute tua deuoui, hodie reddidi vota mea, idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum, deſiderans te videre, & reperi, intexui funibus lectulum meum, ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto, aſperſi cubile meum Mirrha, & Aloe, & Cinnamomo. Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies; non enim eſt vir in domo ſua, abijt via longiſſima, Sacculum pecuniæ ſuum tulit, in die pleni lunij reuerſurus. Irretiuit eum ſermonibus, ſtatimque eam ſequitur, quaſi bos ad victimam, & neſcit, quia de anima illius periculo agitur.* Verè iſtæ ſunt artes, quæ ab imprudentibus vtuntur meretricibus, ad alliciendum hominum corda: Quare, laqueos, retiaque tendunt; & illi, cum quibus Deus meritò eſt adiratus, faciliter in eorum manibus cadunt. Tracti ab hoc corpore, à quo tot ſumus vicibus ad peccandum prouocati, & quaſi omni momento contra nos ſæuit, ac medijs membris, tot committit nefanda peccata. Cum ſenſuum fraudibus, inimico tradit mentis arcem, oculos aperit, & introducit mortem. Audit auris, & cum fictis nuncijs pacem conturbat. Loquitur lingua, & cor depranatum remanet. Odoratus concupiſcentiam excitat. Tactus contaminat, & ardet. Si manum extendit, eſt iniuſtitię miniſtra. Si mouet pedes, currit ad præcipitia. Si abundat ſanguis, accenditur bilis. Si multiplicatur flegma, humor triſtis augetur, ſufficit dicere, inquit Gregorius Nazianzenus. *Quod ſumus terreſtres temporales, & hæredes caliginis.* Greg. Naz. de orat. ad Paul.

Inde eſt, quod deprimit fortiores, ac generoſiores mundi animas: iſta caro, eſt ille tenebroſus carcer, vbi, vi eam inter ſeruilia detinet vincula. Hæc eſt illa infamis ſeruitus, quæ libertate priuat filios Dei. Hæc eſt quę alias contemplationis euoluit, nè volent ad beatam Cæli patriam. Hæc eſt primum, & principale obſtaculum, quod nobis in via tranſuerſatur virtutis, & Domini legem difficilem oſtendit. Hæc eſt, quæ inſuauem demonſtrat iuſtitiam, amaram quoque honeſtatem; grauem annuit obſeruantiam, & quaſi inſopportabile confitetur Euangelium. Hæc eſt æquipondium à Deo datum noſtro ſpiritui, quia quamuis ſumus cæleſtes, æterni, & lucis heredes, iuxta ſententiam diui Gregorij ſumus etiam terreſtres, temporales, & hæredes caliginis. Ecce princeps Salomon infinitis dotatus gratijs, innumerabilibus ditatus donis, ſubleuatus vſque ad ſydera, ita vt erat cæleſtis, & lucis hæres. Poſtea

per

per mundanas voluptates, per corporis fallacias, per carnis immunditiam; depręſſus, & humiliatus, quod dicit, ſum terreſtris,& hæres caliginis. Sed cædat,cædat Princeps iſte Salomon, quia. *Ecce pluſquam Salomon hic*: Ecce inuictus Iacobus Salomonius, non victus à corpore, non ſuperatus à carne, nō ligatus à ſēſu, nō triūphatus à mūdo; totus ſpiritualis, totus cæleſtis, totus diuinus, & verus hæres Cęlī, quiā euaſus Hierogliphicus illibatæ Virginitatis in hoc Cælo Virgineo Dominicanæ Religionis; proculdubio dici poteſt. *Ecce pluſquam Salomon hic.* Eccleſia. *Iacobus Salomonius virginitatem perpetuò illæſam cuſtodiuit, totamq; vitam ab omni lethalis peccati labe immunem duxit.*

Eccleſia.

Iam, à Spiritu ſancto afflatus Rex Salomon, conſiderando omnes, quos poſſedebat theſauros, inuenit à tribus latronibus irremediabiliter inſidiatos, nimirum à vanitate, à miſeria, & ab inconſtantia. *Superinduxi anima cogitationem ſuper omnia illa, & inueni in eis tria hæc, vanitatem, afflictionem, conſumationem.* Vanitas in eſſentia; afflictio in effectibus; conſumatio in duratione. Vanitas furatur ſubſtantiam, quia ſunt finctæ chymeræ. Afflictio negat guſtum, quia amaritudine ſunt pleni. Conſumatio rapit ſtatum, & permanentiam, quia in paucis finiunt momentis. Vanitas decipit; afflictio tormentat; conſumatio prodit. Diuus Baſilius. *Vanum id, quod vacuum eſt, dicitur; quod nomen quidem habet, rem vero ipſam non habet.*

S. Baſil. in pſ. 2.

Verum ſi de eximij Iacobi Salomonij eminentia, cupitis perfrui, conſiderate ſui ipſius humilem cognitionem, ab omni vanitate mundana alienam. Ita affirmat Dominicana Eccleſia. *Beatus Iacobus Salomonius ſæpiſſimè illud Eccleſiaſtici repetebat; Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, idcirco mundana oblectans, ſolummodo in nomine Ieſu uberrimè flebat.* Quapropter non iam vacuus, ſed gratia plenus; non in cortice ſolum, ſed in medulla perfectus; non pulcher in apparentia, ſed in ſubſtantia, non prætioſus in nomine, ſed in opere diuitioſus, non obſequioſus, cum hominibus, ſed affectuoſus, cum Ieſu, non ambitioſus honoribus; ſed deſideroſus gloria, longinquus à parentibus, vicinus cum ſanctis, viuens in terra, ſed magis viuus in Cælo, viuendo in ipſo, ſolus Ieſus. Eccleſia. *Iacobus Salomonius in aſſidua diuinarum meditatione, tanta animi voluptate perfundebatur, vt ſæpè in extaſim raptus, immobilis omnino ſubſiſteret, uberrimè flebat; cum de Chriſti paſſione, Sanctorumque Martyrum, & præſertim ſanctæ Vrſulæ ſociarumq; eius ſermo erat, præſtabat, ſecreta cordium ei diuinitus reuelata, prophetico quoque ſpiritu dotatus fuit, ſemimortuo, ſolus Chriſtus viuebat.*

Eccleſia.

Eccleſia.

Sed profectò pulcherrimum eſt dubium, & magis pulchra ſunt verba, quæ Salomon in ſuo libro ſcripſit, nempe. *Ego Salomon fui Rex in Hieruſalem* Quomodo ò ſapientiſſime Rex, dicis, quod fuiſti Rex, ſi ad præſens es iam Rex? fortaſſis fuiſti Rex, quando oblitus es Dei, ſed nunc multo magis, dum vi lacrimarum, denuò Cæli gra-

tiam acquiſiſti? forſitan fuiſti Rex, quando peccator eras, ſed nullus modo, cum amara pœnitentia. Fortaſsè fuiſti Rex, quando populum tot ſcandalis vulneraſti; & non eris Rex, quando eum bonis exemplis erudis? fortaſſis fuiſti Rex, quando meruiſti regnum perdere, & non nunc, quod es benemeritus? Certum eſt, quod modo es magis dignus titulo Regis, quia, cum freno, ſenſualem ſubijcis appetitum, quod tunc, quando ab ipſo contemeliosè dominatus fuiſti. *Ego Salomon fui Rex*; mirabilis loquutio quaſi ſi modo non eſſet. Religioſa non minus, quàm curioſa eſt reſponſio Vgonis Victorini dicentis. *Fui, iam non ſum, quia, & ſi ſim, id ipſum, iam nihil eſſe agnoſco, quod ſum*. Fui Rex, quia tunc ſomniabam, non ſum modo, quia per Cæli gratiam ſum vigilans: fui Rex, quia in illo tempore deceptus eram; non ſum modo, quia lux Cæli ab inſidijs me liberauit: fui Rex, quando ſtultus eram; non ita, quando prudentiam mihi largitus eſt: fui Rex, quando in ſtatera mei falſi iuditij, expendi vanitates rerum humanarum; modo non ſum, quia iam video quod carent pretio, & pondere, & vanitatibus ſunt plenæ. Ergo bene dixi; *Quod fui, & non ſum, quia, & ſi ſim, id ipſum iam, nihil eſſe agnoſco, quod ſum*.

Vgo Vict.

Hæc nitida humiliatas (quamuis ſerotina) & cognitio ſui ipſius Regis Salomonis, è conſpectu inclyti Iacobi, nihil quicquam fulgere poteſt, dum ab ortu natiuitatis, eam diuinitus habuit, vt ab omnibus tamquam pluſquam Salomon inſpectaretur. Et reuera Beatus Iacobus Salomonius, pluſquam Salomon ab Eccleſia habetur, ita canente. *Iacobus Salomonius, humilitatem adeo ſeruauit, ut virtutes omnes, ac miracula, quæ ex diuina liberalitate in dies patrabat, diligentiſſimè abſconderet.* Immo maiora vobis manifeſto, quod circa finem ſuæ vitæ, ad probandam omnipotens Deus ſuam humilitatem, & patientiam, permiſit, quod infirmaretur, cum peſſimo vlcere in pectore, quam infirmitatem, cum quanta humilitate, & patientia tolerauit, ſufficit dicere, quod per quattuor annos occultauit. Eccleſia. *Vlcus enim grauiſſimum, ipſius pectus aſſiduè corrodens, ita quatuor annis occultauit, vt nè minimo quidem gemitu, aut ſuſpirio acerbiſſimum dolorem proderet, nec propterea quidquam de conſueta ſui corporis maceratione remitteret.* Se cõformando, cum mellifluo Patre Diuo Bernardo dicente. *Quanto magis corpus oneratur, tanto amplius animus exoneratur*.

Eccl. Dom.

Eccleſia.

S. Ber. ſer. de ſanctis.

Amare flebat ille Dei ſeruus, qui, cum eſſet aſſuetus, quotidie infirmari, & in toto anno, non infirmatus eſt, de ſua mala ſorte lamentabatur dicendo. *Dereliquit me Dominus hoc anno, & non viſitauit me.* Sciebat, quod corporis infirmitas, adiuuabat cordi: ergo quid mali nobis Dominus efficit, quando nos reddit infirmos, ſi nos viuificat Spiritu? quid damni attulit, noſtros mortificando ſenſus, ſi à maioribus inimicis, nos liberat? quid nocumenti, quando deſtruit hunc corporis carcerem; ſi habitationem nobis in Cælo ædifi-

D. Vmb. in regul. c. 42.

ædificat? itaque concludere oportet, cum mellifluo Bernardo. *Quanto magis corpus oneratur, tanto amplius animus exoneratur.*

Bernardo

Igitur, quid mirum ſi per quatuor annos diuinus Iacobus Salomonius abſcondit vermem illum, qui ſuum rodebat pectus, ſolum ad roborandum Spiritum, ad liberandum ſe ab inimicis ſenſibus & voluit potius hic, ſuum corpus diruere, vt magis liberè fabricare poſſet ſuum palatium in Cælo. *Quanto magis corpus oneratur, tanto amplius animus exoneratur, ac per conſequens eleuatur.* Et ſtatim (ò mirum) vix emiſit ſpiritum, quod Vlcus illud horribile ad videndum, taliter conualuit, quod nec veſtigium cicatricis remanſit. Eccleſia. *Sui obitus diem, diuina reuelatione prædixit, qua adueniente illicò ex priſtino vlcere, ita conualuit, vt nè exiguum quidem eius veſtigium, in eo amplius appareret.* Fuit illuſtris glorioſus Iacobus per miracula, tam in vita, quàm poſt mortem, per mutando tribulationes vnius luſtri, cum gloriæ æternitate. Conculcauit in ſua florida iuuentute, quantum honorum, & voluptatum, ei mundus promittebat. Sæpeliuit ſe in clauſtris, tamquam in ſyluis, vbi mortuus ſeculari affectu, tantummodo attendit vermem illum, in pectore nutrire, qui poſtea in morte, pretioſa gemma euaſit.

Eccleſia

Ipſe igitur (auditores) ſit vobis conductor in via ſalutis; ipſe ſpeculum in operationibus; clypeus in tentationibus; aduocatus in neceſſitatibus; protector in periculis, itaut eum ſequendo, non ſolum veſtigijs corporis, ſed etiam cogitationum, & affectuum cordis, poſſet, ſua protectione, in via huius vitæ, vos ducere ad illam æternam vitam; quam mihi, & vobis Deus præſtare dignetur. Amen.

HIEROGLYPHICVS

GLORIOSÆ SERAPHICÆ SPONSÆ

CATHARINAE SENENSIS

SACRI ORDINIS PRÆDIÇATORVM

CÆLVM VIRGINEVM

HÆC TVÆ VIRGO, MONVMENTA LAVDIS
QVÆ TVIS LAETIS

Eccleſia

CATHARINA SACRIS. HOC QVIDEM PACTO,
MODVLAMVR OMNES, PERFER OLYMPO.

ARGVMENTVM:

COR CHRISTIFERVM:

QVOD ego vellem, ò docti, dare principium ad vobis pingendum cor; quod ipſum ſit fundamentum fabricæ corporalis; centrum humanæ ſpheræ; primum inſtrumentum tactus; regia animæ; fornax innati caloris; principium arteriarum; fons ſpirituū, officina ſanguinis; ſinus paſſionum, lictus, vbi elati fremunt venti, iracundiæ, & iræ; domicilium concupiſcentiæ;

tiæ; auriga actionum vitalium; primum mobile microcoſmi; parum, in eius laudem, mihi dicere videtur. Cum Plinius, huic figendo oculos inquit. *Quod eſt principium vitæ, & vltimum propugnaculum*; Vbi ipſa perſtringitur vita, quando communis aduerſaria eam proſternere quærit, & triumphare. Vnde antiquæ nationes, cum cordis effigie, quam ante pectus ferebant affixa, alludere volebant, quod cupidi erant, eorum deliberationes, & conſultationes fuiſſent in corde raffinatæ. Et magnus Pater diuus Anſelmus docet. *Quod cor eſt horologium*. Ideſt horologium quod nunquam habet quietem, mare, quod non habet fundum; ſylua denſiſſima, vbi radius humani cogitati, non poteſt ad plenum penetrare; laberintum in quo, quis, non ſolum, non inueniet egreſſum, ſed neque quoque ingreſſum. Et à Cicerone deſcribitur. *Magnus torrens*. Cum quo natura, amplas in homine, & peregrinas exonerat perfectiones. Eſtq; etiam efficax ſpiraculum vitæ; victa aurea, quæ ligat, & propriam fert compoſito ſubſiſtentiam. Ab Euangeliſta Mattheo vocatum eſt. *Minera cogitatum*. Et ab Eccleſiaſte, cum hoc elogio eſt coronatum; *Rota, quæ nunquam quieſcit*. Ab alijs, mare magnum è cuius ſinu, omnia paſſionum flumina habent egreſſum, & ingreſſum; templum, & tabernaculum cæleſtis numinis; Altare creatoris æterni; turribulum altiſſimi; capacitas infinita; amplitudo inenarrabilis, ac per conſequens à ſolo Deo impleri poteſt; quia quemadmodum ſolum cor, eſt integrum donum, tantò à creatore extimatum, ita magnopere pro ſuo throno magnificatum. Et ſi oportet diſtinguere inter cor, & cor, cædat cædat omne aliud, Cordi Catharinæ Seraphicæ, quod tamquam Cor Chriſtiferum, huius Virginei Cæli; ex humano, in diuinum mutatum; ex obſcuro, in rubicundum; ex tepido, & frigido, inflagrantiſſimam fornacem; ex triſto, & meſto, in hilare, & feſtoſum; ex immobili, & graui, in leue, & mobile; ex veteri, in nouum; ex particulari, in alienum; ex corde Catharinæ in Cor Chriſti, ſui dilectiſſimi ſponſi. Ita in ſequentia miſſæ canit Dominicana Eccleſia; *Dulce ſignum charitatis, dum amator caſtitatis, Cor mutat in Virgine*. Et doctor ille egregius Gabriel Barcleta, idem affirmat. *Beata Catharina Senenſis, cum ſimul diceret, Cor mundum crea in me Deus, apparuit ſibi Dominus, & abſtulit eius Cor, in tempore trium dierum, quibus ſtetit ſine corde: dedit ei Dominus Cor nouum, dicens filia mea Catharina, dedi tibi Cor nouum, vt ſis totaliter munda, in conſpectu meo, & claudens locum illum, conſolidauit, in cuius ſignum, ſemper remanſit cicatrix quædam; vnde ex hoc, ad tantam peruenit puritatem, quod nihil cogitabat aliud, niſi Chriſtum, & matrem eius*. Ghelfucius.

Plinius lib. 11. c. 37.

D. Anſel. de ſimil. c. 42.

Cicero in Tuſcul.

Math. c. 15.

Eccleſ. c. 2.

Eccleſia in ſequ. miſſæ

Barcleta ſer. de ſan.

Se cento volte ò Catarina, e cento
Sei di bellezze auuenturoſe, e Sole

Più

Più che'l Sol chiara, è non ſi dà momento
Che fuſſe mai, non luminoſo il Sole.

Qui diuitias largitur, cordis eximendo affectionem, multum eſt parcus, nam in rigore, prodigi nomen non meret. Immo non poſſidet homo diuitias magis nobiles; theſaurum magis certum, & gemmam magis prætioſam, quam amorem. Et prætioſiores monetæ, quæ in mundo amantur ſunt affectiones, quæ à cordis minera extrahuntur. Amor eſt gemma inextimabilis pretij, comparatione cuius, omnes noſtræ ſubſtantiæ ſunt tamquam nihil extimatæ. Ita Spiritus ſanctus.

Cant. 8. *Si dederit homo omnem ſubſtantiam ſuam pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam*. Et addit diuus Pater Gregorius, quod hoc, in cælo deciſum eſt, nempe.

D. Gre. hic. *Non penſat Deus cenſum, ſed affectum, non quantum, ſed ex quanto*. Qui dat cor, totum dat. Conſecrare auro, victimam cordis Deo debitam, cuius ipſe eſt ita zelator, quod ad liberandum ſe ab omni riuali, iuxta Phylonem hæbreum. *Re-*

Phyl. hæb. *liquit hominem pro vltimo opere, ſuæ diuinæ omnipotentiæ*: Itaut videndo vniuerſum iam occupatum, ſcilicet terram à brutis, ſuis connaturalibus habitatoribus; Mare à piſcibus; & Aërem ab auibus, intelligeret, quod ad collocandum ſuas affectiones, alium locum, quàm ipſum Deum non inueniebat. Conſecrare rebus mundanis, prætioſos cordis partus, prætio inextimabiles, immortalitati dedicatos, nimirum Deo, pro ſua Regia, non erit hæc, intolerabilis prodigalitas? ſed dicite, cui, cui? ſuum conſecrauit cor, Seraphica Catharina? cui ſuum amorem? fortaſſis auro, argento, aut mundanis voluptatibus? non non, ſolummodo cæleſti ſponſo, Ipſi victimam ſui cordis donauit, ipſum declarauit, ſui amoris vnicum ſubiectum; omnis ſui deſiderij, vltimum finem; Omnis ſuæ ſpei, deſideratum portum, atq; animæ ſuæ eximium theſaurum.

Eccleſia. Eccleſia. *Nihil huic Virgini Catharinæ ſatius, nihilq; dignus in rerum natura viſum eſt, quam IeſuChriſti amorem, ex toto corde, totis viſceribus proſequere*. Et tantum creuit in ea amor diuinus, quod ſicut in eius legitur vita, quadam die, flamma iſta diuini amoris, ſuum crepauit cor, quia propter ſpiritum, ſuo creatori reddidit. Vnde ipſa affirmat; in illa hora, qua anima ſua, à corpore ſeparata eſt, vidit Diuinam Eſſentiam; ſanctorum gloriam; pœnas damnatorum in inferno; atque ſanctarum animarum in purgatorio. Et alia quoque ſecreta diuina, ſibi reuelata. Verum voluit dominus, quod eius anima, ad ſuum rediret corpus, & manifeſtaret hominibus, quidquid realiter viderat. Eccleſia. *O quam chara,* In ſeq. miſſ. *quam accepta, Chriſto Regi eſt effecta, ob præclara merita. Sed in eum tota rapta, & à terra ſublevata, Deo vero fruitur.*

Et

Et reuera, non reperitur res, quæ viuis oſtendat coloribus, ac ſublimibus encomijs celebret prærogatiuas, & excellentias Seraphicæ Catharinæ quãtum ipſam eſſe à Deo electam per Sponſam ſui amoris, atque ſolatium Cordis ſui, in hoc Dominicano Cœlo Virgineo. Vnũ correlatiuum indicat qualitatem alterius. Vnde non poteſt Catharina humiliter audire de ſe, quod diuinum non offendat amorem. Et hic forſitan fuit occultus ſenſus quem ſub cortice ſanctorum verborum abſcondit, Iob dicens. *Quid eſt homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum?* Et dicere voluit; eſt vilis in ſe ipſo homo, quia quidquid in eo videtur, ad deſpicientiam inuitat. Indè euenit; quod admiratur Iob videndo cor Dei, in tam vilem creaturam occupatum. Verùm ſub hac fuſca nube corporis humani, ita formoſa, ac fulgens lux abſconditur, quod ipſimet oculi diuini, amantes remanent. Vndè Diuus Bernardus conſiderans hoc dictum patiẽtiſſimi Iob, clamat *Reſpiremus Fratres, & ſi nihil ſumus in cordibus noſtris, fortè in corde Dei aliquid poteſt latere de nobis.* Ergo vobis Domine ſpectat, reuelare veſtri pectoris ſecreta. *Quid apponis erga eam cor tuum?* Quid magni pretij vides in Catharina Seraphica, quod dulciter tua premit viſcera? Reſpondit Bernardus, *Cor, à quo tanquam à vero theſauro ſuauiter trahitur.* Ita Spiritus ſanctus. *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Igitur ſi cor à theſauro iucundè furatur: intuendo veſtra diuina Maieſtas in Catharina hanc eximiam cordis puritatem; à te velut pretioſum theſaurum æxtimatam. Quid mirum ſi veſtrum cor in ipſam, quaſi in ſua permanet ſphera, eam quærendo per tuam dilectam, & amatam ſponſam. Eccleſia, *virginalis vitæ votum Deo ſpondet quam deuotum ætatis ſeptemnio. Hinc adepta Virgo ſancta, mox vita claret miranda, Deo placens vnico. Hinc in ſponſam ſubarrhari, et in fidem deſponſari meruit cum gloria.*

Iob c. 7.

D. Bernar. ſer. de ded. Eccl.

In ſeq. miſſ.

Scitis ò deuoti, qualis puritas placet oculis illius Dei, qui corda aſpicit? equidem illa quę puritate mentis decorata eſt abſque hac, indigna eſt iuſtitiæ nomine. Ita in illis verbis docuit Magnus Pater Auguſtinus. *Corrupto corde, quid ſeruat in corpore?* ideſt ad quid obſeruãtia corporis, ſi contrarium obſeruatur in corde? quid prodeſt cæleſti colore fimbrias ferre, ſi nunquam ad contemplandum bona cæleſtia, mentem eleuas? occidere multas victimas nihil prodeſt, ſi nunquam inordinatas paſſiones mortificas? Corrupto corde, quid ſeruas in corpore? Iſta ſanctitas eſt ficta, & mẽdax Sanctitas (ſicut Diuus Auguſtinus affirmat) quæ foris lucet, intus lutum eſt. Hæc ſanctitas forſan reſplenduit in Seraphyca Catharina? non, non, ſed fuit ſanctiſſima corpore, & mente: ideo à ſponſo Ieſu, tam extimata. Ecce Angelicus Doctor Diuus Thomas, qui docet, quolibeto nono, quæſt. 10. *Ad veram virginitatem duo concurrunt, vnum materiale, aliud formale; materiale verò eſt priuatio omnis delectationis; formale eſt propoſitum nunquam experiendi de-*

Auguſt. in pſal. 96.

D. Thom. quolib. 9. q. 10.

Baral. ſer. de S. Cath.

delectationes carnales; & ſi quis haberet virginitatem, quoad primum, & non quoad ſecundum, non propriè diceretur virgo. Gabriel Baraleta. *Hanc puritatem habuit Catharina Senenſis, nam de ea legitur, quod cum eſſet ſeptennis, notum vouit Chriſto virginitatis.*

Ambr. lib. de Virg.

Vndè Ambroſius libro de Virginibus ait. *Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ.*

Sed ceſſet admiratio, ſi Catharina Senenſis, hanc cordis, & corporis puritatem in hoc cælo virgineo, extra naturæ ordinem, cum miris ſanctitatis prodigijs, vſque ad vltimum vitæ ſuæ conſeruaret, dum ab initio æternitatis fuit à ſuo dilecto Sponſo, mirabili architectura compoſita, & lineata. En Aquila illa Ioannis Euangeliſtę qui ita in altum aſcendit, quod lucis globo innixus eſt, & vidit Angelum, cum ſigillo in manu, ad ſignandum ſeruos Dei, in frontibus eorum.

Apoc. 17. Lect. Græc.

Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu Solis, habentem ſignum Dei viui. legit Græcus. *Habentem ſigillum, donec ſignemus ſeruos Dei noſtri, in frontibus eorum.* Sed ecce curioſa difficultas, quæ ad ſublimiora nos transfert. Nam volens diuinus Sponſus ſuæ caræ & dilectæ Catharinæ charactere indelebili eam ornare, non in fronte, ſed in corde voluit illud imprimere, dicendo, ò Catharina, da mihi cor tuum, *Vt penam ſignaculum*, ideſt (ſicut alij legunt) *ſigillum ſuper cor tuum.* En dubium; qua ratione, alij Sancti in fronte, & Catharina Senenſis in corde?

Ariſt. lib. 1 de Animal.

Docet Ariſtoteles, quod mater natura vnica Architecta, in ædificio corporis humani, primò, vt fundamentum huius admirabilis ædificij, imaginis Dei, format cor, pater ſpirituum vitalium; principium, & vnica cauſa vitæ humanæ, quemadmodum docet Doctor Thomas Angelicus. Quare relictis alijs corporis membris, ſolum attēdit ad perficiendum huius magni palatij vultum, genas, & frontem. Sed ecce difficultas; quare alij Sancti, dum congeri debebant ſupremo exercitui, omnipotentis Dei, ſolum ſignū in fronte, parte vltima huius magni ædificij conſpicitur? *In frontibus eorum*, quaſi à principio non ſufficeret gratia, ad eos ſanctificandos. At in Catharina Seraphyca, nouo vtitur cæleſtis Sponſus artificio, non expectādo, ſicut in alijs Sanctis, vultus, frontiſque perfectionem; ſed illicò, ſigillum ſuper cor ſuum poſuit, inquiens, ſcias, ò amata ſponſa Catharina, quod à principio annorum meorū te amaui. *Hanc amaui, & exquiſiui à iuuentute mea, quia hæc eſt* (ait Eccleſia) *quæ habuit deſponſationem cæleſtis ſponſi;* ideo poſuit ſigillum ſuper cor ſuum. Alijs Sanctis in fronte. *In frontibus eorū, ſibi in corde.* Eccleſia. *Dedit ei Dominus cor nouum, dicens, filia mea Catherina, dedi tibi cor nouū, vt ſis totaliter munda in conſpectu meo.* ò excellentia cæleſtis Catharinæ Senenſis.

Eccleſia.

Ideo iubilans dulcis Ieſus, de cordis creatione in Catharina, totus languens, & ſuſpirans dixit, *Vulneraſti cor meum in vno crine colli tui*, quaſi diceret, ò Catharina, nimis formoſitas, huius tui flaui crinis, per eburem deſcendentis, colli tui, mihi cor

vulnerauit. At Catharina à mirabili horũ verborum pulchritudine attracta, reſpondit, *Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum*, quia tu vulneraſti cor meum, in vno oculorum tuorum; quare in ſua legenda hoc reperitur ſcriptum. *Alijs igitur oculos ſuos in ſecularia deſideria occupantibus, & in voluptatem rerum præſentium tendentibus, Catharina in Dei ſalutare defixa eſt.* Quod confirmat Diuus Ambroſius, inquiens: *In eo enim quem diligimus, totis oculis occupamur, nec quicquam aliud videre delectat.* Taliter dilecte mi (dicebat Catharina) meum furatus es animum, meam voluntatem, atque cor meum, quod illud extraxiſti, & dediſti cor nouum; vt omnes meæ cogitationes, meiq; affectus alio, in hoc Cęlo virgineo non gaudeant obiecto, niſi te ſolo dilecto meo.

Pſal. 118.

D. Amb. in pſal. 118.

Sed quantam dulcedinem ſentiebat Catharina Seraphyca, ſuum amatum ſponſum in cibum recipiendo, conſiderare ſufficit, quod videbatur, quod ignis arderet in corde, flamma inflammaret vultum, melodia reſonaret in pectore; quare in extaſim rapta, ſæpè cum Hyeremia repetebat. *Et factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſus in oſſibus, et defeci, ferre non ſuſtinens.* Euaſus eſt in corde meo dulciſſimus Ieſus, ſicut flamma in monte clauſa, quæ per centum ora quærit egreſſum: inde eſt, quod ab oculis, ab auribus, ab ore, à vultu, à manibus, à pedibus, à toto corpore, ignes, & flammæ egrediebantur, quod certè videbatur vnus mons, qui per omnes latus ardebat. Ab his flammis, ab his ardoribus (effectus diuini amoris) ab his ſacris communionibus, conſiderabat antiquus ſerpens excellentem cœleſtis Catharinæ ſanctitatem, & timendo multum de ipſa, tamquam innumerabilium cauſa ſalutis, fortiter incredibilibus tentationibus contra eam armatus eſt; quas breuitatis cauſa relinquendo: tantummodo dicam, quod impotens eam vincere, rabie, atque furore plenus, coram multis ipſam in ignem deiecit, quapropter omnes plorãtes; ſed illa ridendo, à flammis illæſa egreditur, atque dicebat, *Nolite timere, nam Malataſca hoc fecit.* Malataſcam ſacra Virgo dæmonem vocabat.

Hiere. cap. 21.

Sed quibus armis Seraphyca Virgo Satanam vincebat? audite. Raphael conſuluit Tobiolo, quod partem cordis alicuius piſcis ſuper carbones poneret, cuius fumus potens eſt ad expellendos omnes ſpiritus nequiſſimos; ita ſacra narrat Scriptura *Cordis eius particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum.* ſed quomodo cor alicuius piſcis aſſatum; eius fumus ſit ſufficiens ad infernales legiones eijciendas? iſtæ cum ſãctis expelluntur exorciſmis, nõ vi naturali vincuntur. Sed ecce ſolutum enigma, & clarum manifeſtatur myſterium. Cor, inter omnia membra nobiliſſimum; à quo vita, quaſi à vitali fonte procedit, eſt Beata Virgo Mater Dei. Huius cordis particula eſt dulciſſimus Ieſus. Cupis, quod hæc cordis particula vires tibi tribuat dæmonem expellendi? ſuper ardentes ponas carbones, nempè ſuper tui cordis

Tob. c. 6.

dis

diſ carbonem igne diuini amoris ardētem Ieſum ponas, quod ſtatim ſpiritualem exhalabit fumum, nimirum cęleſtem virtutem, quæ ab anima potens erit furibundum eijciendi dæmonem. Ecce, ecce glorioſa Catharina Senenſis, quæ hoc vtēs antitodo, & totaliter cæleſti ſponſo ſuum conſecrans cor ab ardēti flamma ignis diuini exuſtum, virtutem ita reconditam, ſeu occultam, atque ſpiritualē; fūmum ita ſupernaturalem exhàlabat, quod perueniendo naribus Malataſchæ, illicò illuſus diſcedebat. Eccleſia. *Catharina hoſtem fregit, et triumphum victrix egit, ornata virtutibus.* sed cogitatum concludit D. Thomas Angelicus opuſculo quinquageſimo octauo, capitolo vigeſimo quinto, *Cor piſcis quaſi membrum nobiliſſimum, et ex quo vita procedit, Beatam Virginem ſignificat: particula cordis ſignificat corpus Saluatoris de Virgine ſumptum; hoc debet ſuper carbones poni, ideſt fidelibus, accenſis igne amoris diuini;* tunc fumus eius, ideſt virtus ſpiritualis fugat tētationes dæmonum.

Eccleſia in ſeq. miſſæ. D. Thom. opuſc. 58. cap. 25.

In his flammarum incendijs, ac igne diuini amoris crebrò Seraphyca Virgo exanimabatur, ſi cæleſtis gratia in hoc cælo virgineo ſuum non dilataret cor, ipſum reddens ſupernaturalis dilecti capax. Et fortaſſis illa ſanctiſſima anima, inſtar Cæli citharæ, cum ſuauiſſimo Paradiſi concentu, tangendo cordas ſuauiſſimas dilecto Ieſu, canebat cantilenas dum ipſe preſens erat, atque ſimul, cum Iſaia cantabat. *Super hoc Venter meus ad Moab, quaſi cithara ſonabit*, tamquam ſi diceret, ſemper cæcini illam ſublimem, ac mirabilem laudem, ſcilicet *Gloria Patri, & tibi Filio & Spiritui Sancto.* Vnde videbatur, quod canendo, à ſua Santiſſima lingua, prætioſum diſtillaret mel. Et, quod eam ſponſus Ieſus audiendo, ita reſponderet: *Sonet vox tua in auribus meis; mel, & lac ſub lingua tua.* Genebrardus legit, *mel, & lac ſuper cor tuum.* Quod ſacri Doctores moderni, Explicant *mel gratia, & lac gloriæ*. quaſi dicerent ò cor ſeraphicum, peregrina gratia mellitum; ò Cor Chriſtiferum, ſingulari gloria lactematum. Et certè qualis gloria maior, huius cęli Virginei, quam videre glorioſam Catharinam, frequenter deambulare per ſuam cellam cum Verbo Diuino, atque cum eo familiariter loqui? En authoritas Eccleſiæ Dominicanæ. *Tanta autem eam Chriſtus Dominus dignatus eſt familiaritate, ut frequenter ſolus, cum illa per cellam deambulans, vicibus alternis dicens pſalmos, cumque ipſa pronunciatura eſſet Gloria Patri: ad Chriſtum inclinata dicebat, Gloria Patri, & Tibi, & Spiritui Sancto.*

Iſai. 16. Cant. 2. Genebra. Eccleſia Dom.

Verum obſtupeſco, quod cū Dei ſint cæli, elementa, planetæ, & omne, quod fuit, atque erit; parum, aut nihil extimando ea; ſolum cordis cupidus oſtenditur, quia ſolum illud dici poteſt integrum, ac perfectū donum, ideo in Prouerbijs 23. auidè inquit, *Fili præbe mihi cor tuum.* & Hyeremiæ 4. *Laua à malitia cor tuum.* & Eccleſiaſtici 2. *Omni cuſtodia ſerua cor tuū.* & Matth. 22. *Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo.* Vult Deus cor, quod commune eſt

Prou. 23. Hyer. c. 4. Eccleſ. c. 2. Matth. 22.

omnibus, & omnes illud facilè offerre poſſunt. Poterit homo facere eleemoſinam, alter orare, alter ieiunare. Verum, quod iſte facit, non poterit ab alio fieri, ſed cor ab omnibus Deo donari poteſt.

Alia dona non ſunt ſemper integra, nam ſi aliquis ei agnos elargitur, ſicut fecit Abel, verveces ſicut Noè. Columbas ſicut Abraham. Panem ſicut Melchiſedech. Incenſum ſicut Moyſes. Vitulos ſicut Aron. Filios ſicut Geth. Templum ſicut Salomon, aliquid ei donat: ſed largiendo cor, totum coniunctum offert. Alia dona non ſunt facilia, ac prompta; nam ſi ille crura donaret, hoc facere non poterat Miphiboſeth. ſi ille oculos offerret, excuſaretur Tobias. ſi alter linguam elargiretur, hoc negaret Zaccharia. Si aliquis ſanitatem daret, Naaman ſyrus ſe eſſe leproſum aſſereret; ſed cor, vt dixi, ab omnibus donari poteſt, quia largitori nullum aduehit incommodum, ſicut ex alijs eueniret. Itaq; cor magnopere à Deo diligitur, cũ ipſius expreſſum ſit ſimulacrũ. In maiori mundo Deus eſt primum mouens, non motum. In minori mundo cor eſt primum mouens organicum, & nõ motum. In magno mundo Deus eſt perfecta ſphera, in paruo mundo cor eſt perfectus circulus. In excelſo mundo Deus eſt principium, & finis: in microcoſmo cor eſt principium motus, deambulando; finis motus ſtando. Modo videte, ſi Deus libenter cor recipiendi, ius habet igitur quid mirum, ſi Dauid dolebat ſe eſſe in maiori neceſſitate à corde derelictum, dicendo, *Cor* (Pſal. 38) *meum dereliquit me.* declarando quoque, quod iſta cordis fuga fuit in oratione, de qua tantopere gaudet Deus, quia in hac, corda prædatur. Ideoque alibi dixit. *Inuenit ſeruus tuus cor ſuũ, vt oraret te oratione hac.* (1. Reg. c. 7.) Quod ponderando Magnus Pater Auguſtinus docet. (Augu. In in pſal. 85.) *Quod inuenire ſe dixit cor ſuum, quaſi ſoleret ab eo fugere, & ille fugitiuum ſequi, & non poſſe comprahendere, & clamare ad Dominum, quoniam cor meum dereliquit me.* ſed ecce Seraphyca Catharina, quæ in feruenti oratione, cum Dauid æmulando, ſociata ab extaſi, in qua perdendo cor, & à cæleſti ſponſo nouum recipiendo, dicere poſſumus, quod ſi de illo affirmat, *Inueni hominem ſecundum cor meum:* de inclyta Virgine Seraphyca ait, *Inueni Catharinam ſecundum cor meum.* & taliter Catharina fuit ſecundum cor ſuum, quod eam ſuam dilectam filiam appellauit; ipſam certificando de ſua gratia, & gloria; quod quidem ſingulare priuilegium ſi fuit aliquibus Sanctis conceſſum, ſicut Abrahæ Moyſi, Paulo, Magdalenæ, Ioanni Baptiſtæ, latroni, &c. ità quoque ei tanquam inter Sanctos præclariſſima. Audite eximium Doctorem Baraletam. *Inclyta Catharina, ſicut in ſecunda parte ſuæ legendæ, capite ſexto habetur, quod in conuerſione Pauli, dum contemplaretur eius conuerſionem, cepit amariſſimè flere, ſuper vitam ſuam, & Chriſtus illi apparuit dicens, noli flere filia mea contemplatiua Catharina, quia tota es in gratia mea.* (Baralet.) Quia vt docet S. Thomas 1.2.qu.22. *Quibuſdam perſonis fuit declaratus ſtatus gratiæ ſuæ in præſenti,* (S. Tho. 1. 2. q. 22.)

vt

vt Abraba Geneſi 22. Moyſi Exodi 22. Paulo 2. Corinthiorum duodecimo. Magdalena Lucæ ſeptimo. Ioanni Baptiſtæ. Hyeremiæ cap. 1. latroni ex priuilegio ſpeciali; ſic etiam ſponſa Catharina Senenſi.

Amplius in varijs locis fuit ipſe Dominus à ſuis Sanctis cũ
Deut. 33. aliquo myſterio in manibus viſus. Moyſes cum contemplauit
Iob. 36. cum ignea lege. *In dextera eius ignea lex*. Iob cum lucerna ac-
Pſalm. 2. cenſa. *In manibus eius abſcondit lucem*. Dauid cum virga ferrea.
Cant. 5 *Reges eos in virga ferrea*. Sponſa cũm pretioſa margarita, *Ma-*
Sap. 3. *nus eius tornatiles aureæ plenæ Hyacinthis*. Sapientia cum ani-
Hier. c. 22. ma rationali, *Iuſtorum anima in manu Dei ſunt*. Iſaia cum coro-
Abacuc. cap. 3. na, *Et erit corona gloriæ in manu Dei*. Hyeremia cum annulo, *Si fuerit Iecomias quaſi annulus in*
Ezech. c. 4. *manu mea*. Amos cum trulla cementaria, *In manu eius trulla*
Amoſ. 7. *cementarij*. Ezechiel cum linea, *Calamus menſorij in manu eius*.
Hebr. 3. Abacuc cum cornibus, *Cornua in manibus eius*. Præcurſor cum
Matth. 3. ventilabro, *In manu ſua ventilabrum habet*. Dilectus Apoſtolus
Apoc. 1. cum ſtellis, *In dextera eius ſtellas ſeptem habebat*. Ioannes Euã-
Apoc. 14. gelista cum falce, *Tenebat in manu falcem acutam*. Salomon
Prou. c. 21. cum corde, *Cor Regis in manu Domini*. Glorioſa Catharina Senenſis ſimiliter cum corde in manu ab Eccleſia pingitur, *Cor nouum in manu Catharinæ*. Omnia iſta ſunt recondita Sacramenta; ſed horum quale Domino placuit? Reſpõſio eſt clara, ſempè cor, donũ ab eo maximopere extimatum. *Igitur quid mirum, ſi cor Catharinæ in*
Paraleta. *manu Domini? Eia eia, mea dilecta filia Catharina, amore languen, præbe mihi cor tuum, quia diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. inueni te ſecundum cor meum*. O Catharina, ò gloria huius cæli virginei.

Sed verbis Seraphycæ Virginis mentem eleuate, cæleſti ſponſo dicentis, *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requirã*. Modo dicite auditores; quis vnquam cordis vocem, atque loquelam audiuit? nemo certè, nam cor caret voce, & vtitur lingua; ſicut muſicus mutus ſæpè vtitur inſtrumento, & cithara ad ſuas explicandas paſſiones. Quomodo ergo ipſa dicit, *Tibi dixit cor meum*. Reſpondeo, vt oſtenderet, quod loquebatur cogitationibus, quæ ſunt verba cordis. Et verè ſufficiens erat, quod cæleſtis Catharina corde loqueretur, de quo maximè amaſius Ieſus erat; ideo *Nec diebus, neque noctibus vacabat à colloquijs diuinis, & orationе*. O ſpecioſa filia, & ſponſa Ieſu, ea de cauſa tibi furatus eſt cor. Vbi *dixit cor meum*, legit Pagninus; *Vice tui dixit cor meũ*. Eccleſ.
Dicat ergo Eccleſia, *Dulce ſignum charitatis, dum amator caſtitatis, cor mutat in Virgine*.

Eſt à Doctoribus appellatũ cor, perpetuum vigil membrorum militiæ, idcirco eodem nomine gaudet, quemadmodum Gallus. Et vbi noſtra vulgata inquit, *Quis dedit Gallo*, Pagni- Vulg.
nus legit, *Quis dedit cordi intelligentiam?* quia ſicut Gallus, Pagn.
quando aliæ aues conquieſcũt, ipſe vigilans manet, & cum iterato cãtu debitis horis ad propria negotia vocat. ita cor, dum aliæ potentiæ ſopitæ manent, quando à diſcurſu deſinit intel-

lectus; quando memoria ſuorũ prætioſorum clauſam tenet arcam theſaurorum, quando voluntas leges non amplius præſcribit, quando oculi nec vidẽt, nec aures audiunt, nec nares odorem recipiunt, tunc ſolum cor ſollicitum ac vigilans oſtẽditur, atque aliarum partium ſaluti attendit, quod ipſa quoque Sponſa confirmat; quando dixit, *Ego dormio, & cor meum vigilat.*

Cant.c.5.

Verum ſi cordi Virginis Seraphycæ oculos figeretis, proculdubio inuenietis mirificè, in vigilantia cum corde cæleſtis ſponſæ æmulari: quę ſi pro peccatorum ſalute ſollicita ſe oſtẽdit: non minus vigilans pro illorum conuerſione eximia Catharina; ita vt Beatus Raymũdus affirmat, quod ſi ipſe ſcribere voluiſſet, omnes peccatorũ conuerſiones factas ab hac ſacra Virgine, multos compoſuiſſet libros. Eccleſia. *Dedit enim ſemper operam reuocare perditos.* & alibi. *Quæ fraterna pro ſalute, Ieſu ſponſo, cum virtute eminebat.* ſæpius. *Vt peccanti creatura, & Redemptor ſuo iure fieret propitius.* Guidus Caſonus.

In ſeq. miſ.

Guid. Caſon.

Quaſi in ſuperba Scena
Moſtrò l'Inferno al Mondo,
E'l ciel, ch'è d'ogni ben padre fecondo,
Di quel l'odio, e la pena;
E di queſto ſcoprio
L'amor, ch'amato, ſi traſforma in Dio.

La beltà da lui finta,
Vano, e mentito oggetto,
Vere fiamme eccitò d'ardente affetto,
E con doglia infinita,
Così l'alme compunſe,
Ch'al finto pianto, il vero pianto aggiunſe.

Vigilans erat cor Catharinæ ad cibandos pauperes, ac infirmis ſeruiendos. Eccleſia. *Miſericordia ſumma erga egenos, atque ægrotos ſummopere affecta.* Vigilans cor ſuum in mortificatione ſui corporis innocentis, cum aſperitate continui ieiunij, cum flagellis funium, atque catenarum. *Summa fuit, & admirabilis vita auſteritas.* Vigilans ſuum cor, propter librorum compoſitionẽ, quia ſicut docet Eccleſia. *Doctrina eius infuſa codices nonnullos edidit.* Vigilans cor ſuum, efficaciter orando pro pace Reipublicæ Florentinæ coram Pontifice Gregorio Vndecimo. *Pro pace Florentinorum, qui cum Eccleſia diſſidebant, Auenionem ad Gregorium Vndecimum Pontificem Maximum profecta eſt.* Vigilãs ſuum cor, quia ea ſuadente deliberauit Summus Pontifex ab Auenione, ad

Eccleſia.

Eccleſia.

Eccleſia.

Eccleſia.

Sedem ſuam Romanam, perſonaliter accedere, quod & fecit. Ita pulchrè deſcribit eximius Doctor Horatius Perſius.

Mentre Catharina in cotal guiſa acquiſta
L'anime à le virtudi, & anzi al ciel o,
Staua vedoua Roma, afflitta, e triſta,
Senza il proprio paſtor di ſanto zelo,
Che molti luſtri in Auignon fù viſta
Quella Sede, onde Piero, e caldo, e gelo,
E morte ancor ſoffrì da cruda mano,
Perche ſplendeſſe eterna in Vaticano.

Eran già i ſacri Tempi horride grotte,
Mucchio di pietre le ſuperbe mure,
Le ſpatioſe vie ſcoſceſe, e rotte,
Mancaua à ricchi alberghi arte, e figura.
Emuli di Caino, e di Nimbrotte
Albergan lei, c'hebber gli Auguſti in cura
D'arboſcelline, colli, e valli apriche,
Cinte di fior, ma di pungenti vrtiche.

Le diuote cauerne, e i cimiteri,
Che ſpirauano odori, e riuerenza
Son nidi d'Aſpi veleno ſi, e fieri,
Che marauiglia altrui danno, e temenza.
Horatio Perſio Cant. 2 *Il Campidoglio cò i trionfi alteri*
Ne marmi ſculti, hor già diſtrutto, e ſenza
Statue, e coloſſi, e'l Tebro d'acque chiare
Verſa in vece di lor lagrime amare.

Quando la Verginella Catharina
Quella, ch'illuſtre fà l'Hetruſca Siena,
Spinta già da ſant' Aura, alma, e diuina,
Di cui (felice lei) talhora, e piena
Scriue, prega, & eſſorta, et anzi inchina
Il gran Paſtore à la Romana Arena
L'Vndecimo Gregorio, e di tant'anni
Venir di Chriſto à riſtorare i danni.

Da ſuoi Galli partì, bramoſo giunse
A quei deſtrutti, e venerandi colli
V, ſi per duol nel core ei ſi compunſe,
Che fè le luci ſue di pianto molli.

Quel

Quel verme, che nel'alma il roſe, e punſe
A venir, fà che più'l penſier non crolli,
Ma ſtabil ſia, quiui fermar la Sede,
Ou è'l Sommo Paſtor di Pietro herede.

Dixi, quod vigilans erat cor Catharinæ ad pœnitentias. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi* ſcilicet, quod per totam ferè vitam ad ſui Patris Dominici imitationem, ſingulis noctibus duro flagello acriter nudum corpus cædebat, vt ſanguinem pro ſanguine ſuo redderet ſponſo. Perſius.

Horatio Perſio.

Frà i pianti Catarina, e frà i ſoſpir cocenti
Strepitar torsi ferri aſpri, e pungenti,
Da gli homeri percoſſi, e da tuori
Cauano in ſpeſſe ſtille il ſangue fuori.

Catharinæ vita (inquit Diuus D. Antoni. Antoninus in eius vita) *miraculum fuit, virtutis prodigium, à cunabilis cæleſti matura ſponſo. quinquennis Angelorum miniſteſterio digna.* Eius *pænitentia* (ſub- Baralet. dit magnus Baraleta) *fuit huiuſmodi. Dum eſſet iuuenis, cepit abſtinere à carnibus.* Gregorius. *Vbi carnes comeduntur, modica* D. Grego. *pænitentia eſt. Catharina ſe priuauit vino totaliter in ætate annorum quindecim, et per viginti annos ſolum libabat liquorem de ſuccis herbarum: præterea erga carnem induebatur cilicio, & cingebatur quodã cingulo ferreo, quod erat ſanguine intinctum: dormiebat ſuper tabulas, & pro ceruicali habebat quodam lignum. Ad tantum deuenit, quod non dormiebat pluſquam per horam: præterea ſe diſciplinabat quadam catena ferrea tribus vicibus, omni nocte, diéque ad modum Patris ſui Domini. Ex quo factum eſt, vt corpus eius macilentum redderetur, & in ſignum huius cum mortua eſſet, pellis vmbilici inuenta eſt adherere oſſibus renum eius.* Vide quomodo ſe afflixit pro conſeruatione virginitatis.

Hoc cor pænitens Seraphycę Eccl. c. 18. Catharinæ totaliter applicatũ ad ſatisfaciendum cum nouis martyribus, guſtibus ſui dilectiſſimi ſponſi nos ad nouas cõuocat difficultates Et præcipuè difficilẽ ſemper extimaui propoſitionem illam Eccleſiaſtici decimo octauo vbi de diuinitate loquens, ait, *Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ.* In hoc loco aut loquitur de ęterno Patre aut de Filio, ſicut multi interpretarunt eruditi. Non de Patre, quia quãuis de ſuo corde generatur Verbum diuinũ, quod ſecundum Diuum Augu- Auguſtin. ſtinum, idem eſt, quod à plenitudine Paternæ ſapientiæ generatur. *Cor Patris ſignificat ar-*

ca-

ſanum ſapientiæ ſuæ, ex qua Verbum, ideſt Filium ſuum genuit, iuxta illud, *Eructauit cor meum Verbum bonum*. Attamē hoc appellari non poteſt pictura, ſed vitalis imago ipſius Patris, quia ſicut docent Philoſophi, *Generatio eſt origo viuentis à viuente coniunctum, ſecundum ſimilitudinem*. Nec explicari poteſt de Filio reſpectu Spiritus ſancti: nā Spiritus ſanctus virtute ſuæ pro ceſſionis non procedit ſecundū ſimilitudinem, ſed ratione eſſentiæ dicitur ſimilis Patri, & Filio, ergo quid dicemus? quomodo hoc Catholicum dictum, ac diuina Scriptura verificari poteſt? Dicamus, quod in perſona Seraphycæ Virginis Catharinę explicari poteſt, ita vt oſtendere voluit, quod Pater æternus, cum penni illis ſuæ potentię, & cum purpureis Paradiſi coloribus concurrere voluit ad pingendum cor ſtigmatizatum à ſuo Filio, ſuper telam cordis glorioſæ Catharinæ Senenſis. *Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ*. quia quemadmodum docent ſacri Theologi, opera ad extra ſunt communia. Vnde ſi interroges, *Indica mihi ſi habes intellectum, quis poſuit menſuram eius, ſi noſti? aut quis tetendit ſuper eam lineam?* Dicam, quod pictor immediatus fuit ſecunda perſona ſanctiſſimæ Trinitatis, ideſt Verbum humanatum, Chriſtus crucifixus, donādi cauſa Catharinæ ſuum cor ſtigmatizatum, *Dulce ſignum charitatis, mutauit cor in Virgine*.

Eccleſiaſtici c. 38.

In ſeq. Miſ.

Alii dixerunt. *Cor ſuum dabit in ſimilitudinem ſculpturæ*, ideſt, quod ſtigmata glorioſæ Catharinę non fuerunt ſimplex pictura, nempe abſque dolore, ſed ſculptura cum acerbiſſimis doloribus, & iſti non ſolum in corde, ſed in manibus, pedibus, atque in capite ſpinis coronato, vt in ſequentia miſſæ affirmat Eccleſia, dicente. *Quod dum ſtat grat, vulneratur, quinque plagis decoratur Crucifixi, radiorum fulmine*. Dixi, quod fuit ſculptura, & non pictura, quia ſenſibiliter eam excruciabant. quare Dominum precata eſt, nē cicatrices apparerent, & continuò radij colorem ſanguineum mutauerunt in ſplendidum, & in forma puræ lucis peruenerunt ad manus, pedes, & cor eius. Quamobrem in hoc à ſuo Auunculo differebat, nempe à Seraphyco Patre Diuo Franciſco, & ideo ſtigmata huius glorioſæ Sanctę non purpurea, ſed aurea pingere deberentur, ſicut ad adimendas aliquas cōtentiones, hoc à Summis Pontificibus fuit decretum. Nihilominus Beatiſſimus Pater, & Pōtifex Vrbanus Octauus, Chriſti Vicarius, & Dominus huius Dominicani Cœli Virginei, ad delendas omnino omnes controuerſias, omne dubium, omnemque difficultatem, totum hoc proprio confirmauit calamo, inquiens. *Hanc itaque gratiam amantiſſimus Dominus noua gratia cumulauit, vt ſentiret dolorem, illapſa vi vulnerum, & cruenta ſigna non apparerent*. Quod ita contigiſſe cum Dei famula, confeſſario ſuo Raymundo retuliſſet. Perſius.

Eccleſia in ſeq. miſſæ.

Vrb. Oct.

Horatio Perſio Can.8

E Catarina, ch'à le ſacre preci
Stimmate di Gesù ſoſtien la vece,
Segno più ver non e d'Amante, e Spoſa
Di lui, mentr'ella hà in ſe ſua Croce aſcoſa.

Sed adnotate docti, quod vulnera Chriſti, ac eximiæ Catharinæ Senenſis inter ſe æmulantur, & quare? fortaſſis: quia vulnera Seraphycæ Catharinæ magis pulchra, & magis glorioſa, quàm illa Chriſti iudicātur. Quæſo, ne obſtupeſcite de extraordinario dictu, ſed prius curioſè attendite rationi. Certum eſt, quod ſi aliquis ambo vulnera comparare voluerit, ſolum conſiderando ſubiecta, meritum, & extimationem, illicò clamabit, cædant, cædant omnino Catharinæ vulnera, Chriſti vulneribus tamquam perſonæ diuinæ meriti infiniti, ac nobis præmium Regni æterni impetrantibus: nihilominus conſideratis ſculptoribus vtriuſque, quis negare poterit, quod vulnera glorioſæ Catharinæ non ſint magis prætioſa, & magis nobilia? ratio eſt, quia vulnera Chriſti ab impijs Iudęis, à perfidis Satanæ miniſtris, quaſi à viliſſimis ſcultoribus formata fuerunt. Vulnera verò Seraphycæ Catharinæ à manibus ipſius Dei impreſſa. Præterea ſi Iudæi Redemptorem vulnerauerunt, odium eos induxit. Si Chriſtus Catharinam vulnerauit, amor cauſa fuit: illa ab inimicis infixa, iſta à fideliſſimo Amatore elargita. Dicat ergo inclyta Catharina, *Nobiliora mihi vulnera fecit amor.*

Omnes Sancti in die vltimo, mirabile formabunt exercitum formabunt in varijs acibus diuiſum, vbi vnuſquiſque cum ſuo corpore beato, diuerſis ſtolis apparebit indutus. Stephani ſtola erit coloris purpurei cryſolitis ornata, propter lapides, quos per Chriſti amorem ſuſtinuit. Illa Laurentij rubicunda, immò luminoſis gemmis expolita. Diui Sebaſtiani, coloris viridis, ac ſagittis repleta. Illa Catharinæ Alexandrinæ, argēto, & nouaculis decorata, & ita alij Martyres cū illis inſignijs, quæ eorum repreſentant martyria. Sed cædant omnes vexillo cœleſtis Catharinę Senēſis, tribus coloribus contexto, nempè Albo per Virginitatem; Virido per ſapientiam infuſam, & Rubeo per martyrium ſtigmatum, comparēdo in hoc mūdi ſcepto, cum eiſdem inſignijs, Regis cœleſtis. Chriſtus cum quinque vulneribus in ſuo diuino corpore. Et Catharina cū totidem in ſuo, vndè dicere poterit. *Nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto.* ò Catharina, ò decus, & ſpeculum huius Cœli Virginei. (Ad Galat. cap.6)

Totum hoc diuinè affirmat egregius Doctor Baraleta: *Quatuor legimus habuiſſe ſtigmata, ſed diuerſimodè. Primus fuit Paulus, qui de ſe ipſe dicit, Galatas ſexto, Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto, non corporaliter, ſcilicet ſigna paſſionum in manibus, & pedibus; ſed* (Baraleta in ſerm. S. Cath. Sen.)

de-

dicitur ſtigmata, ideſt paſſiones, et tribulationes, quas Apoſtolus habuit præ cæteris Apoſtolis, vt ipſe alibi dicit; crucifixus ſum. Secunda fuit Margarita de Vngharia Regina, quæ realiter habuit. Tertius fuit Franciſcus, ſed modo particulari, quo nullus alius habuit, in monte Auerni, cui Chriſtus in modo Seraphym apparuit, & impreſſit manibus, & pedibus, & lateri ſigna ſuæ paſſionis, ò dignitas. Quartus fuit Catharina in Sancta Chriſtina de Piſis, quæ die Dominica communicatura, ante altare exiſtens, cum diceret Sacerdos: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, &c. Reſpondit Chriſtus vocaliter, & ego ſum dignus ò Catharina. Eleuata eſt in extaſi poſt communionem, & perijt a Chriſto, experiri dolores ipſius Chriſti, quos habuit in cruce, non contenta mori donec habuiſſet hanc gratiam. Vidit Ieſum in forma Crucifixi ſibi apparentem, ſuper ſe radios ſanguineos emittentem, ex quinque cicatricibus ſui corporis, videntibus pluribus vtriuſque ſexus. Ipſa petiuit, ne apparerent viſibiles iſti radij in ſuo corpore, & mutati ſunt in radijs ſolaribus, & ex hoc quaſi mortua remanſit. Reuerſa ad ſe, hæc omnia ſuo Patri ſpirituali narrauit. O fatuitas quorundam, ò dementia, qui grunniunt, & contra Sanctam Dei prædicant. Prædicatores Antichriſti. *O ſine ratione, ò inuidia.* Hæc ille.

Barālet. in ſer. S. Cath. Senenſ.

Candide lector, triumphum, quem in triumphali curru tui cordis, Chriſto crucifixo præparare debes: hic eſt dies, tali triumpho ſtatu tus, nimirum imitando Seraphycam Virginem in humilitate, charitate, virginitate, fide, ſpe, pœnitentia, alijſque innumerabilibus virtutibus; ad quas acquirendas, corpus munc, non margaritis, ſed lacrymis; non argento, ſed puritate; non auro, ſed charitate; non pretioſis veſtimentis, ſed gratia. Reſplendeant in corde tuo gemmæ doloris; ventiletur per aerem non aliud vexillum, quàm ardens gemitus, & tuum fac ſplendidum cor; non diuitijs, ſed virtutibus. Voces pænitentiales ſint tubæ ſonoræ; orationes ſint muſica inſtrumēta; cantus ſint confeſſiones, currus triumphalis anima tua. Ad hunc effectum Seraphyca Catharina corpus ſuum flagellis lacerauit. Immo à die Cinerum vſque ad Aſſumptionem Domini ieiunium perduxit, ſola Euchariſtiæ communione contenta. Tribus annis ſilentium obſeruauit, nunquam loquendo, niſi in confeſſione, hocque ad melius meditandū ſui ſponſi Chriſti paſſionem, Crudeliter ſuum martirizauit corpus propter trium acquiſitionem Aureolarum, nempè virginitatis, martyrij, & Doctoratus. Totaliter ſuam ſubegit dilecto ſpōſo voluntatem, vt ab eo ſponſata cæleſtes virtutes, atq. Angelica priuilegia cōſequeretur. Ita Doctor Baraleta. *Catharina eſt, quæ immenſis, & Angelicis priuilegijs fuit ornata: iſta eſt illa, quæ habuit omnem ſcientiam. Hæc eſt, quæ habuit deſponſationem cæleſtis ſpōſi. Hæc eſt, quæ facundia ſua obtinuit à Summis Pontificibus, quidquid voluit. Hæc eſt, quæ habuit triplicem coronam, Virginitatis, Martyrij, & Doctoratus.*

Baraleta.

Denique concludo, ò inclyta Catharina, quod iam allucinatus ab immenſitate tuæ ma-

gnitudinis; cõfiteor potius tuas minuere laudes, quàm tua magnificare elogia. Confiteor, o glorioſiſſima Seraphyca, quod ad tuas laudes ſatis explicandas, omnis hyperbolis eſt diminuta; omne artificium eſt imperitum; omnis pictura eſt vilis; omniscopia eſt ſterilis; omnis facundia eſt elinguis; omne robur eſt debile; omnis viſus eſt breuis; omnis Argus eſt cæcus; omne eloquentiæ lumen corã radijs ſolaribus tuorum diuinorum ſtigmatum euaneſcit: quapropter cognoſcendo meæ orationis ruditatem, meæ ſciẽtię debilitatem, atque obſcuritatem mei ingenij, cum Eccleſia ſolummodo cano

Si ſatis dignè nequeant referri
Annuas nobis, veniam precamur:
Non ſumus tanti ingenÿ, fatemur
Optima Virgo.
Amen.



HIE

HIEROGLYPHICVS
GLORIOSÆ, AC BEATÆ
AGNETIS
DE MONTE POLITIANO
SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

CÆLVM VIRGINEVM:

Ecclesiast. *BEATA AGNES PRÆTIOSA VIRGINITATIS CORONA REDIMITA, MIGRAVIT IN CÆLVM.*

ARGVMENTVM.

AGNES, DIVINI AGNI, AGNA.



AVDISTI vnquam beneuole lector, varias transformationes à fabulosis Poetis, in miſterioſis paginis pictas? vidiſti formoſas metamorpheſes ingenioſorum pictorum in ſimbolicis telis figuratas? feciſti curioſum auribus cibum, ac gratum oculis aſpectum, de Scillis in lapides; de Aretuſis in fontes, de Dircis in piſces; de Filomenis in Aues, & de Alcionibus in flores? legiſti in ſacris voluminibus, à Spiritu Sancto dictatis, non Poeti-

ticas fictiones, ſed veras, ac fideles hiſtorias ? videre Agnum à viginti quatuor ſenioribus adoratum, qui procidentes ante ſedentem in throno mittebant coronas ſuas dicentes. *Dignus eſt*
Apoc. c. 5. *Agnus, qui occiſus eſt accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiã, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Adorare Agnum? quare hæc obſequia non fecerunt Aquilæ Reginæ Auium, dominæ Aeris, & Solis contemplatrici? quæ nubes preteruolando, contedit, cum febo, pugnat, cum igne, & emulatur, cum flammis? quare non adorauerunt leonem, regem animalium, dominum ſiluarum, poſſeſſorem Aruorum, & terrorem ferarum? Quare non bouem, gratiſſimam Dei victimam, typum iuſtitiæ & ſimbolum religionis? Credo, quod illi Sacri Senes, leonem adorare noluerunt, cum ſit ſimbolum iræ, & vulneratorem cognoſcens illum ſequitur, & occidit, atque nunquam quieſcit, vſque dum humiliter ei cedat. Non coluerunt Aquilam, quæ ſuſpitioſa filiorum pernicici, roſtrum acuit, contra inimicum currit, in membra diſcerpit, poſtea occidit. Neque venerati ſunt bouem, quia cum ſit eiuſdem ſpetiei, & naturæ, cum Tauro feroce animali, ac indomito, quis poterit huius beſtiæ opponi iracundiæ? ſed Agnum adorant, cum ſit animal dulce, & manſuetum, non habens dentes ad mordendum, non vngulas ad lacerandum, non vocem ad deterrendum; non cupit honores, morti non reſiſtit; vera quidem effigies Diuini Agni Ieſu. Sed quis ex nobis ò docti, venire nõ feſtinabit ad contemplãdũ Glorioſæ Virginis Agnetis mõtis pulitianæ diuinas prærogatiuas, quam cæleſtis Agnus voluit, quod Agnes vocaretur, vt à nomine Agni Ieſu, vera extimaretur agnella. Ipſa per ſuum aſſiduum ieiunium certum eſt, quod vt Agnella, non habuit dentes ad mordendum, dum quindecim annos in pane, & aqua ieiunauit. Non habuit lamentandi vocem, cum iſta vox, in illã ſui ſponſi Ieſu ſit transformata. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & decora,* ideoque obediens. *Oues meæ vocem meam audient.* Contenta non diuitijs in hac vita, ſed ſolum alterius Regni ambitioſa. *Tunc ſatiabor, cum apparuerit gloria tua.* immò ſpretis mundi honoribus dicebat. *Gratias ago tibi Domine, quia abſtuliſti à me amorem ſeculi.* magnopere mortis cupida. *O Ieſu dulcis amor meus, cupio diſſolui, & eſſe tecum.* O diuina Agnella, ò Glorioſa Agnes, ò vera cœleſtis Agni effigies. idcircò in hoc Celo Virgineo, tibi canit Eccleſia. *O Beata Agnes, Agno ſponſo iuncta, ipſum ſequuta es, & accepiſti palmam.*

Se'l ciel depingi, il ciel ſi moue, e gira:
Se'l Sol figuri, il Sol ſplende, e ſfauilla:
Se formi il vento, il vento ſoffia, e ſpira:
Se fingi il lampo, il lampo arde, e ſcintilla:
Se le ſtelle deſcriui, ecco le ſtelle
Rotano i raggi lor tremole, e belle.

S'Ar-

S'Arboſcelli, ſe fior, s'herbette ombreggi;
Viuon l'herbette, i fiori, e gli arboſcelli:
S'augelli, ò fere in vaga tella atteggi,
Scherzan le Fere, e volano gli Augelli.
E ne le ſacre carte, qual'altro Apelle,
Fà pompa Agneſe del traslato Agnello.

Formoſa quidem eſt æmulatio inter lilium, & & roſam. Iubilat lilium, quia ipſius ornant ſceptra Reges. Gloriatur Roſa, quia ſanguine Veneris purpurata, Veneri fuit adſcripta. Exaltatur lilium, quia lacte Iunonis inargentatum, Iunoni fuit oblatum. A me, inquit Roſa, coloratur vultus, & impletur ſinus Auroræ. A me, ait lilium, dealbantur genæ, & flore. ſcit Albæ pectus. Ego, reſpondit Roſa, dominor, cum rubicũdis folijs, quaſi Regia veſte for moſæ Primaueræ induta. Ego, repetit lilium, regno, cùm virga viridis ſmaragdi, quaſi cum Imperiali dominio diuitis Autumni. In me videtur effigies charitatis, dicit Roſa. In me exprimitur imago ſpei, ſubiungit lilium. In me inter ſpinas, vmbram humanæ miſeriæ aſpicite, præcinit Roſa. In me inter ceſpites, epilogum mũdanæ tribulationis conſpicite, cõcludit lilium. Immo additur, quod ſi Roſa eſt nobilis, quamuis à ſpinoſo trunco nata. lilium eſt gẽtile, quamuis à fætida radice ortum. Si roſa eſt delicata, etiã à rude mammilla nutrita. liliũ eſt venuſtum, quamquam à paludoſo humore educatum. Si roſa ſubleuatur cum purpura, tanquam florum Regina. lilium eleuatur cum candido amictu, tamquam Rex conuallium. Si roſa ſuauem aſſluit odorem, quamuis originem habeat ab arido ſtipite. lilium quoque copioſum diffundit odorem; quãuis ab inculta germinetur terra. Si roſa eſt ſtellis aureis picta, quaſi terrenum Cœlum. lilium eſt gemmatum candidis margaritis, quaſi cæleſtis terra. Denique ſi roſa eſt diues Eraria, quia in grembio prætioſas colligit margaritas. lilium omnium bonorum eſt repletum, quia in ſinu mineras aureas claudit.

Carum, & prætioſum lilium eſt Agnus Ieſus. Dilecta, & extimata roſa eſt Agnella Agnes. O mirabilis æmulatio, ò amoroſa ludibria inter hos duos amantes aſpiciuntur Agnos, ſi lilium Chriſtus, eſt imago ſpei. *Cum fiducia accedamus ad thronum gratiæ eius.* Eccleſia. Roſa Agnes eſt effigies charitatis. *Miſericordia ſumma erga egenos, atque ægrotos ſummopere affecta, ipſorum ærũnas deflere hæc Virgo ſolebat.* Si lilium Chriſtus, eſt figura Virginitatis. *Prima Trias Virgo eſt.* Roſa Agnes per virginitatẽ eſt Hieroglyphicus martirj. *Pretioſa virginitatis corona redimita migrauit in cælum.* Eccleſia. Si liliũ Chriſtus inter tribulationum ceſpites, ſuum diffundit ſanguinem. *Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Eccleſiæ. Roſa Agnes inter ſpinas miſeriæ huius mundi, crucem amplexa eſt: *Crucem ab eiuſdem col-* Eccleſia.

Io Ieſu Chriſti detractam meruit retinere. Si lilium Chriſtus ſuauiſſimum dedit odorem. *Ego flos campi,& lilium conuallium*. Roſa Agnes, miram ſpirat ſuauitatem. *Pulcherrimis roſis, violiſque ornabatur*. Si lilium Chriſtus,eſt omni bono plenus *In quo ſunt omnes theſauri ſapientia,& ſcientia Dei*. Roſa Agnes virtutum plena migrauit in cælum. *Poſt innumera virtutum ſigna in manu Chriſti ſpiritum ſuam animam depoſuit*. Concludamus ergo, quod eſt ita mirabilis iſta æmulatio, atq. ſpiritualis amoris competentia inter lilium Chriſtum,& roſam Agnetem, quod de ipſa canit Eccleſia. *Vix mente concipi poteſt, quantis eam Chriſtus ſponſus cæleſtibus honoribus decorauit*.

Eccleſia.

Eccleſia.

Eccleſia.

Eſt lex naturalis, diuina, & humana,quod matres, quæ filios pepererunt, ſint obligatæ ad eos alendos. En Deus, qui matribus cōparatur; immo effectu omnem maternum ſuperat amorem, debet ſecundum omnem iuſtitiæ legem nos nutrire;fortaſſis hoc negat? non; ita per os Prophetæ Oſeæ promittit inquiens. *Ego feci, & ego feram,ego portabo,& ego ſaluabo*. Sed adnotate Scripturales,quare Saluator noſter ſolum in futurum promittit inter brachia tamquam filios nos portare, lactare,& ſaluare, & non potius in præſenti dicit. *Ego fero, ego porto, & lacto*?

Oſea c. 11

Formoſa difficultas, & tanto magis curioſa, quantò egregiè refulgere faciet illuſtris Virginis Agnetis mirabilem ſanctitatem. Mihi videtur,quod his verbis oſtendit Deus perſpicuos feruores, quos pro nobis diſponebat. Habent Agnelli per naturalem inſtinctum inter centum, & mille matres, vnicam cognoſcendi matrem, quantum ad odorem, colorem, veſtigia,mammillas, atque fugiendi alias. Et ſi fortaſſis ouis moritur, quale remedium nutriendi agnum inueni ur? Cooperitur extranea ouis pelle mortuæ matris,vt familiaris appareat,& videndo eam extrinſecè ſimilem;ad ipſam currit,ſuum bibit lac, & à morte eripitur, atq. ſeruatur in vita. Hac vſus eſt arte cæleſtis Paſtor Ieſus, qui eximiæ Agnellæ Agnetis nos aſpiciendo genitores iam mortuos; & deſideroſa Agnes, lactis diuinæ gratiæ, quid operatus eſt? ecce veſtitus eſt pelle manſueti Agni. *Agnus redemit oues, Chriſtus innocens Patri reconciliauit peccatores*. & alibi. *Cum in forma Dei eſſet,habitu inuentus vt homo*. Et elegēdo per paſtorem ſuam caram, & dilectam matrem, quæ cæleſti Virgini Agneti apparens, voluit ſub pueri imagine, ſeipſum Agneti donare, vt ſecum diuinum Paradiſi lac ſugeret. Hoc mirabile cogitatum Dominicana confirmat Eccleſia dicens. *Beata Agnes orans, à ſacra Deipara Ieſum, forma lactentis excepit*. O encomium. O ſanctitas Agnellæ Agnetis. O gloria huius Cœli Virginei.

In ſeq. Reſurrect.

Ad Phil. c. 2.

Eccleſia.

Et dum diuina Agnes nutriebatur dulciſſimo lacte mammillarum infiniti amoris cæleſtis ſponſi repletarū, mirè creſcebat augendo in donis cœleſtibus, & in nouis gradibus gratiæ. Vndè in hoc augmento ſæpè vigilans manſit, atque in his vigilijs, ac diuturnis oratio-

tionibus, vitam peragebat, vt cœleſtis paſtoris obediens Agnella oſtenderetur, qui mãdat, quod ſuos Agnelles non dormiant, ſed acquiſitioni virtutum ſtudeant, ideo ſuos increpauit diſcipulos, quãdo dormientes eos inuenit. Matthæi

Matth. 26.

26. *Venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes.* Quare? inquit Chriſtus, verus Agnus vigilat, & oues dormiunt? bonus paſtor laborat, & Agni quieſcunt? quaſi diceret; hodie Superiores delitiantur, ſeu delectantur, & ſubditi cruciantur? hodie paſtores dormiunt, & oues laborant, hodie Prælati prætioſis cibis veſcũtur, & pauperes fame pereunt? Audite Didacum Stella in Lucam 22.

Didac. Stel. p Luc. 22.

Bonus paſtor Chriſtus, vigilat in cuſtodia puſilli gregis. Non ſic multi præpoſiti, qui cum ſubditi vigilent, & laboribus corporis, & animę opprimantur, ipſi dormiunt, & requieſcunt in delicatis lectis.

Sed peto, glorioſa Agnes fuit ſimilis iſtis? non non, ſed ſuus lectulus fuit nuda terra, ceruical dura petra, ſemper vigilans, vt dixi, ſemper in vigilijs, ſemper cum oculis apertis, ſemper in orationibus, & contemplationibus intenta. Inde eſt, quod non erat gratia, aut virtus, quæ in Agnete non fuiſſet, ſcilicet ardens charitas erga Deum, & proximum; profunda humilitas, rara abſtinentia, & prompta obedientia. Eccleſia. *Beata Agnes in oratione, & contemplatione aſſidua, & in ea ſæpè totam noctem conſumebat; eius lectulus nuda humus, ceruical ſaxum fuit: vnde in Chriſtum ſemper reſiliit, quidquid fecit, dum viueret, ſe à terrenis abſtulit, vt cælum tandem ſcanderet.*

Eccleſia.

Verum quid mirum, ſi ipſa fuit terra benedicta à Chriſto. *Benedixiſti Domine terram tuã.* Nunc quæſo, dicite, qua parabula Euangelica vtitur Eccleſia canendo Agnetis laudes? illa certè, quæ Regnum cœlorũ grano ſinapis aſſimilat. Luc. 12. *Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.* Granum frumenti, aut ſinapis, vbi naſcitur, in terra. Igitur quid mirum, ſi Agnes appellatur terra benedicta, ſi ab ipſa per ardentem erga peccatores charitatem natus eſt filius Dei, tamquam manſuetus Agnus eis parcendo. *Ecce Agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi.* Eccleſia. *Beata Agnes ſe totam verbo, & exemplo peccatorũ ſaluti procurandæ conſecrauit.*

Pſalm. 84.

Luc. c. 12.

Ioan. 1.
Eccleſia.

Terra verè benedicta à ſuo dilectiſſimo Agno Ieſu fuit inclyta Agnella Agnes, cæleſti rore rigata diuinæ gratiæ, madida diuini amoris manna, quæ velut ros ſuper ipſam diſtillabat: nam quoties orabat, ſuum pallium manna videbatur coopertum. Eccleſia. *Inter orandum, eius pallium, roris candidi guttis reſpergebatur.* Perſius.

Eccleſia.

Agneſe ancor, ch'il Peſſulano monte,
Co'l ſuo chiaro natal sì illuſtre fece,
E quando manna in lei cadea dal fonte
Del Ciel, mentre ſgorgaua ardente prece.

Perſio nel loco cit. Can. 8.

Legite Patres ſcripturales librum Exodi, & inuenietis, quod cæleſtis manna, quæ per miniſterium Angelicum pluebat, ſicuti ros ſtillabat. Exo. c.16. *Mane ros iacuit ſuper terram.* Hoc propriè euenit, orando diuina Agnella Agnes, ad oſtendendas ſummus largitor ſuas egregias prærogatiuas, diuinaque elogia Pſalm. 77. *Portas cæli aperuit Dominus, & pluit ei manna.* Quia ſicut non eſt poſſibile pluuiæ guttas numerare, ita non poſſunt vmquã ſatis huius eximiæ Sanctæ laudes explicari. *Pluuiæ guttas* (inquit Eccleſiaſticus) *& dies ſeculi* Eccleſiaſt. cap. 12. *quis enumerauit?* Hæc manna eſt Spiritus ſanctus, de quo plena erat Agnes: & hæc manna dabatur ad menſuram, erat minuta, erat diuiſa. *Quaſi pilo tuñ,* dicit Scriptura, ita Spiritus ſanctus omnibus datus eſt ad mẽſuram, excepta ipſa. *Huic Pater non dedit ſpiritum ad menſuram.* Eſt minuta, quia quamuis alij multas recipiunt gratias, ſunt tamen minutæ cõparatione illarum, quas in ſe ipſa continet. Eſt diuiſa, quia huic datur vna gratia, illi alia; 1. Cor. 12. ſicut Diuus inquit Paulus Apoſtolus. *Diuiſiones gratiarum ſunt,* ſed in ipſa omnes coniunctim reperiuntur. Eccleſia. *Beata Agnes gratijs, & virtutibus ornata.* Et ſi Spiritus ſanctus miſit cæleſtem mannam, panem Angelicum in die Pentecoſtes, Amos c. 4. *Pluit ſuper vnam ciuitatem, & ſuper aliam non pluit, pars vna completa eſt; & pars ſuper quam non pluit, aruit.* id eſt non omnes digni extimati ſunt, ſed multi aridi, & abſque fructu remanſerunt. Hæc eſt pluuiã, de qua ait Pſalm. 67 Regius Propheta Dauid. *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ.* Iſta partialitas nõ aliter viſa eſt in manna, quam Spiritus ſanctus ſuper dilectam Agnetem ſtillauit; nam gratiæ ſui in die ſuæ velationis, & conſecrationis participarunt omnes: ita in eius vita legitur, quod ingrediendo Epiſcopus cum toto Clero, & Populo in Eccle- In eius vit. ſia Monaſterij ad conſecrandã veram Chriſti Agnellam, inuenerunt dictum templum totum manna coopertum omnes iudicarunt, rem iſtam à Deo procedere, qui volebat in hac die ſuam dilectam ſponſam his ſignis honorare. Et alia vice cum viſitaretur Beata Agnes à Seraphyca Catharina Senẽſi, quæ ſuis dixit ſocijs, quare de hoc dono, non agite gratias Deo? Et ecce, quod eleuatis oculis viderunt inſtar niuis ſuper duas Chriſti ſponſas Agnetẽ, & Catharinam, & ſuper alias perſonas quoque præſentes, candidiſſimam pluere mannam, itaut vna illarum ambas manus impleuit. Concludamus igitur, quod glorioſa Agnes, tanquam terra benedicta è cœlo hanc attraxit mannam, de qua ſimiliter alij cum ſummo iubilo participarunt. *Portas cæli aperuit Dominus, & pluit illis mannam.* Eccleſia Habetur in ſua legendã. *Quod Sancta Catharina Senenſis cum ſe ad caput Agnetis demiſiſſet, mãna inſtar niuis toto illo loco pluere cœpit.*

Fuit terra benedicta cæleſtis Agnes; rigata, ſicut dixi, ſingulari influxu à Spiritus ſãcti pluuia. Vndè per ſuam profundam humilitatem amplexa, cum terra, quæ ſolo tactu genuum eius, quando orabat, ſtatim tota formo-

moſis floribus ornata videbatur. Eccleſia. *Beata Agnes vbi genua fixiſſet, ſubitò pulcherrimis floribus ornabatur*. Et quaſi languens diceret. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* (Cant. 2.)

Et certum eſt ò docti, quod hi flores non ſunt caduci, nec terreni fructus, quos inclyta deſiderat Agnella, ſicut Gloſa docet ordinaria, quę per flores intelligit incipientes; per fructus prouectos; & vult dicere Agnes. (Gloſ. Ord. in Cant. 2.) Vos flores, qui incipitis ad ſeruiendum Chriſto; Vos fructus, qui iam in amore Chriſti maturi ſitis, atque perfecti, vos cupio, quia in virtuoſis operibus veſtris quieſco. *Fulgite me floribus, ſtipate me malis* (ideſt explicat Gloſa) *vos incipientes, vos perfectiores benè operando, ſitis mihi recreatio, vt in bonis operibus veſtris requieſcam.* Rupertus Abbas (Ruper. Ab. in Cant.) per flores intelligit fidem, per fructus opera, & volebat dicere, ò flores concedite mihi odorare in vobis flores veræ fidei, & guſtare fructus perfectorum operum. Rupertus. *Petit, vt fulciant eam floribus recta, & ſincera fidei, & ſtipent malis bonorum operum.*

Sed meum audite cogitatũ; flores ſunt quaſi arborum linguæ, qui mundo annũciãt, quod quamprimum legentur fructus. Glorioſa Agnes videndo flores, confeſtim deſiderat ſacris fruendi locis Hyeruſalem, & illam benedictam oſculari terram ornatam ſpecioſis floribus à prætioſo ſanguine Agni Ieſu purpuratis. *Tanquam Agnus ad occiſionem ductus ſum.* Et cupida quoque ſuum amatum videndi ſponſum, verum Paradiſi fructum, oranit Angelorum Reginam, vt ei ſuum carum Filium donaret: quapropter languebat deſiderio, ideo dicebat. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*. Certè morior, ſi non video ſanctam terram prætioſo ſanguine innocẽtis Agni floridam. Morior ſi non habeo fructus, ideſt fructũ clauſtri Virginei Reginæ cœlorum. Modo permanendo ſacra agnella Agnes in his amoroſis deſiderijs, iugiter repetendo, *Fulcite me floribus, ſtipate me malis.* Ecce illicò fuit exaudita, itaut in eius laude canit Eccleſia. (Eccleſia.) *Quod diuinitus Beata Agnes, terram Chriſti ſanguine in paſſione fuſo cruentatam accepit, ac fruſtum peluis, vbi ipſe infantulus Ieſus, à Virgine matre fuit ablutus: demum ab ipſa ſacra Deipara Ieſum forma lactentis excepit. Quid mirum, ſi locus, vbi genua figebat; ſubitò pulcherrimis floribus ornabatur?* O diuina Agnella, ò felix Agnes, quæ in hoc Cœlo Virgineo, Ieſum infantulum tuis proprijs brachijs amplecti, ac ſæpius oſculari meruiſti.

Vndè Patres Scripturales, ſi cupitis audire myſteria magis recondita, dicta magis ſententioſa, expoſitiones magis curioſas attendite. Legitur quarti Regum, cap. 7. quod menſa, (4. Reg. c. 7.) vbi ſacri panes propoſitionis, ſanctiſſimi Sacramenti figura reponebantur, lilijs, & roſis, ac diuerſis floribus erat ornata. *Ad dexteram, & ſiniſtram quaſi lilia, & flores*, ait ſacer textus. Et etiam pulchrè hoc totum in eximia intuetur Agnete, quæ orando ſubitò Orarorium varijs floribus ornabatur. Eccleſia. (Eccleſia.) *Orationis eius loca diuerſis*

enatis floribus decorata. Vnde eleuata in extaſi, à terra cubito tollebatur, cum cæleſti canebat melodia. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis*. & dicere volebat: morior dilecte mi, ſi puritatis floribus nō fruor; morior mi Ieſu, ſi fructu Sacramenti (fructus vitæ, fructus ſalutis, fructus gloriæ) non potior. Video huius veri fructus, vnam in veteri lege figuram, iam floribus decoratam, & ecce *Quod lectulus noſter floridus*. *Eia, eia amore langueo; ſtipate me malis*. Cant.

Neſcirem ego, qualis eſſet iſte floridus lectulus, ſi non me doceret Tertullianus: affirmat iſte Doctor, quod hic lectus ſit corpus, vbi quieſcit anima: *ſignificabat per lectum, quod homo, dum eſt in lecto corporis, poteſt planè conuerti*. Et tunc corpus floridum appellatur, quando anima floribus puritatis, & fructibus virtutis ibi ornata moratur. *Flores mei fructus honoris, & honeſtatis*. Noſtrum vocat, *lectulus noſter*. Debebat dicere, lectulus tuus, ideſt lectulus tuus eſt floribus plenus: ſciens, *quod omne bonum deſurſum eſt à Patre luminum*. Nihilominus ipſa dicit, *lectulus noſter*, quia, cum ſit Ieſu ſponſa, & inter ſponſum, & ſponſam ſunt omnia communia, etiam nomen eſſet commune; ſicut hic mirificè videtur, quod Ieſus, Agnus vocatur; Agnes, agnella nominatur, Eccleſia *Agnes Agno ſponſo iuncta, Agnum ſequuta eſt*, ideò tamquā ipſius æmulatrix, inquit *lectulus noſter floridus*. Tertull. in Ioan. 1. Eccleſia

Quare ab odore tractus cæleſtis ſponſus, horum benedictorum florum, in hac benedicta terra diuinæ Agnetis germinatorum, & per manum Angelicam in cibum datur. Eccleſia. *Sæpius eidem Angelus, Euchariſtiā ſua manu porrexit*. Et quia Angelicus Doctor Diuus Thomas Aquinas, opuſculo quinquageſimo octauo, capite quarto docet, *quod Sacramentum figuratū eſt manna*, quæ tamquam nix in Agnete è Cælo deſcendebat. Sicut etiam ardenti aſſimilatur carbunculo. Communicata diuina Agnes ſuſtinuit in ſe frigidum puritatis; caloremq; charitatis; quia Sacramētum illud, eſt nix, quæ refrigerat: eſt ardens carbunculus, qui calefacit, frige facit ſenſum, & calefacit cor. Thomas Angelicus. *Panis caleſtis in ſimilitudine pruina apparebat, quia Corpus Chriſti à feruore refrigerat, & carbunculus, qui eſt igneus, ſignificat Corpus Chriſti, quod cor accipientis, & ornat caſtitate, & inflammat charitate*. Dicat ergo cæleſti ſponſo glorioſa Agnes; ru amo; meus, & cor meum, qui tamquam nix in virginitate me ſeruaſti, & tamquam ignitum carbunculum tuo diuino amore accendiſti. Eccleſia D. Thom. opuſculo 58. cap. 4.

Sed ad maiora, mentem extollamus, & peto quale ſit nomen, ſeu titulus potentiſſimi Chriſti. Reſpondet Diuus Matthæus, Rex manſuetus. *Ecce Rex tuus, venit tibi manſuetus*. Quod confirmat Hyeremia. *Ego quaſi Agnus manſuetus, qui portatur ad victimam*. Nihilominus negari non poteſt, quod à ſacris ſcripturis non vocetur leo, vitulus, ſerpens, Aquila, &c. quamuis ſuper omnia nomina; nomē ab eo magis eximatum, eſt Agnus, & hoc non ſolum propter Matth. c. 21

figu-

figuram illius Agni, qui cũ ſuo ſanguine, populum defendit hæbraicum, ab Angelo exterminatore, ſed quia ità frequenter nominant Prophetæ. Ecce inter alios Iſaia. *Emitte Agnum*
Iſa. 13. *Domine dominatorem terræ.* Alibi,
Iſa. 53. *Sicut Ouis ad occiſionem ductus eſt. Et quaſi Agnus coram tendente ſic obmutuit.* Vocatur Agnus propter innocentiam. Agnus non offendit. Agnus ſẽper iuuat. Agnus dat lanam ad veſtiendum, carnes ad edendum. Ecce Agnus Dei, qui
Ioa. 1. ſua carne nos cibat. *Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem in me manet, & ego in*
Ioa. 6. *eo.* Nos, ſua gratia veſtit. *Induit me Dominus veſtimento ſalutis.* Per hoc, Diuus Ioannes in
Eſa. 61. Apocalypſi tot Chriſti excellẽtias, ſub nomine Agni nobis reuelat. Primo, Oſtendit po-
Apoc. 16. tentiam. *Agnus Rex Regum, & Dominus dominantium.* Scientiã,
1. Timo. 6. *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt aperire librũ, & ſoluere ſignacula*
Apoca. 5. *eius.* Iuſtitiam, *Cadite ſuper nos, abſcondite nos ab ira Agni.* Beni-
Apoca. 7. gnitatem. *Vidi ſuper Syon agnum ſtantem, & cum eo centum.* Gra-
Apoc. 19. tiam. *Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laxerunt ſtolas ſuas in sãguine Agni.* Nuptias. *Venerunt nuptiæ Agni.* Gu-
Apoca. 7. bernationem. *Agnus qui in me-*
Apoca. 7. *dio throni eſt, reget eos.* Fortitudinem. *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere fortitudinem.*

Modo mecum, veſtrum eleuate ingenium, quia ex hoc cõſpicietis, quantum Agno ſponſo glorioſa Virgo Agnes fuit dilecta, ac cara, quod voluit in ſignum ſui infiniti amoris, quod eodem vocaretur nomine, atque eiſdem quaſi fruere-tur prærogatiuis. Eccleſia. *Agnes Agno ſponſa iuncta accepit palmam.* Eccleſia
Palmas accepit innumerabilium prærogatiuarum. Beata Agnes, quæ tanquam vera Agnella, & æmulatrix per gratiam, Agni ſponſa fuit digna. En eius manſuetudo per magnam ipſius humilitatẽ, atque cum ipſo ſponſo vnionẽ. *Humilitate, manſuetudine, & patientia inſignis.* Eccleſia
En eius innocẽtia. *Innocentiam baptiſmalem vſque ad obitum ſeruauit.* Eccleſia
En eius liberalitas, veſtiendo, & cibando pauperes. Eccleſia
